



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1925

De Sancto Ursino Primo Biturigensi Episcopo Commentarius Praevius

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72556)

A

D

DE SANCTO URSINO

PRIMO BITURIGENSI EPISCOPO

-SAEC. III

COMMENTARIUS PRAEVIUS

H. D.

§ 1. Gregorii Turonensis testimonium.

Gemina
Gregorii
testimonia

1. Postquam de septem viris in Gallias tempore Decii imperatoris ad fidem christianam nuntiantibus missis dixerat Gregorius Turonensis in Historiae Francorum I. I, c. xxx, primordia ecclesiae Biturigensis enarrare instituit, et hisce verbis exorditur: De horum vero discipulis quidam Bituricas civitatem adgressus, salutem omnium Christum dominum populis nuntiavit. Clericos ab eodem anonymo selectos officia ecclesiastica edoctos addit, primamque ecclesiam constitutam in domo cuiusdam Galliarum senatoris, Leocadii nomine, qui de stirpe Vettii Epagathi, clarissimi Lugdunensis martyris erat (1). Nomen episcopi alio loco prodit: Bituriga vero urbs primum a sancto Ursino, qui a discipulis apostolorum episcopus ordinatus in Gallias destinatus est, verbum salutis accepit, atque ecclesiam Biturigis primum instituit rexitque (2). Huius sepulchrum, diu neglectum, decurrente saeculo VI, ipso sancto per visum illud ostendente, detectum est, corpusque non sine miraculo in basilica S. Symphoriani repositum. Haec multis exponit Gregorius.

de antiquitate
sedis
Biturigen-
sis

2. Temporum notas male cohaerere manifestum est, cum ea quae saeculo III contigisse in Historia dixerat, altero in opere ad apostolicum aevum referre videatur. Alii aliter res componere tentarunt. Sunt qui existiment discipulum episcoporum anonymum non eum esse cuius cum ipso corpore et nomen revelatum est; Ursinum quidem a primis apostolorum discipulis missum, eo tamen mortuo fidem apud Biturigas mox extinctam esse, multosque post annos rursus excitatam a quodam septem episcoporum discipulo, cuius nomen Gregorius ignoravit. Addunt nonnulli hunc fuisse Senicianum, qui primus post Ursinum in catalogo episcoporum recensetur (3). Sollertius quam verius videtur excogitata sententia, nam de instaurata polius quam primum inducta fide christiana nihil Gregorio in mentem venit. Aliis praeplacet verba a discipulis apostolorum non ita presse intellegere, iisque non tempora sed potestatis originem et fontem exprimi volunt. Porro hoc nihil aliud est nisi verba ad suos sensus trahere, ne Gregorius secum ipse dissentire videatur.

3. Dissentit tamen, vel ut rectius loquamur, dissentiant fontes et quibus ille hausit (4). Quae

in Historia Francorum de Biturigensis ecclesiae origine exponuntur plana sunt et verisimilia, neque in incertos testes refundenda. E domestica traditione a Gregorio haec accepta crediderim.

Leocadius enim senator, in cuius domo prima urbis ecclesia constituta est, ex eadem qua et ipse Gregorius stirpe ortus erat (5), illius dico Vettii Epagathi, qui anno 177 nobile pro Christo martyrium subiit. Ex optimo igitur fonte ea manasse censemus. Non ita quae in Gloria Confessorum referuntur. Narratio enim quam dicunt revelationis reliquiarum ex earum genere est quae certis auctoribus non commendantur, et debita cum cautela legendae sunt. In hac habemus quae apud Biturigenes tunc temporis vulgo circumferebantur, in illa vero quae a maioribus tradita, a posteris religiose servata, sine intermissione ex ipsis rebus fluxisse probabile est. Qui ergo primi Biturigensium sacerdotis epocham definire voluerit, Gregorium in Historia Francorum loquentem audiat oportet, non testes illos qualescumque quos inconsiderate in Gloria Confessorum exscripsisse videtur. Quemadmodum de S. Saturnino binis in locis agens minime perspexit temporum notas nequaquam sibi constare, sanctumque ab apostolorum discipulis ordinatum (6) eundemque Decio et Grato consulibus [an. 250] Tolosam advenisse scripsit (7), ita prorsus S. Ursinum nunc primo nunc tertio saeculo vixisse asseruit. Ut paucis complectamur quae ex Gregorio colliguntur, ipsa testimonii indoles satis ostendit veriorum esse sententiam quae sedem Biturigensem non antiquissimis temporibus sed Decii aetati vicinis conditam esse censet; quam et comprobant quae ex serie episcoporum Biturigensium cum ceteris episcoporum Galliae catalogis collata concluduntur, auctore viro egregio Ludovico Duchesne, cuius argumenta iterare superfluum sane est (8). Ex historia autem revelationis reliquiarum si certa ab incertis discernere voluerimus, haec retinenda videntur: sedente Probiano episcopo (c. 550) Augustum quandam, de domo Desiderati episcopi, postquam oratorium in honorem S. Martini aedificaverat, abbatem Sancti Symphoriani constitutum esse; in hanc autem basilicam, praesente S. Germano, episcopo Parisiensi, translatas esse reliquias, nuper in antiquo sepulchro repertas, Ursini cuiusdam, qui primus Biturigensium antistes censebatur, a quo deinceps basilica Sancti Ursini nomen sortita est (9).

congruentia non sunt.

E

F

(1) Hist. Franc., I, xxxi. — (2) In Gloria Confessorum, c. lxxix. — (3) Tillemont, Mémoires, t. IV, pp. 478, 726-27. Cf. Ruinart, in praefatione ad Gregorii Turonensis opera, n. 61. — (4) G. Kurth, Études franques, t. II (Bruxelles, 1919), p. 297-307. — (5) Hist. Franc., I, xxvii;

Vitae Patrum, VI, 1. — (6) In Gloria Martyrum, xlvi. — (7) Hist. Franc. I, xxx. — (8) Duchesne, Fastes épiscopaux, 2^e éd., t. I, p. 1-61; t. II, pp. 21-26, 122-24. — (9) Cf. Longnon, Géographie de la Gaule au VI^e siècle, p. 464.

§ 2.

AUCTORE
H. D.

§ 2. De Vita S. Ursini.

Vita
Ursini
duplex

4. Duplicem habemus, praeter summaria, Vitam S. Ursini, A = BHL. 8412, quae antiquior habita est, et B = BHL. 8413, quas in hisce codicibus nacti sumus.

A 1 = Codex bibliothecae Nationalis Parisiensis 13220. Membraneus, miscellaneus, saec. X (1). Fol. 13-19, incipit, suppresso lemmate, Vita S. Ursini, quam ex hoc ipso libro primus protulit Faillon, dein Narbey.

A 2 = Codex bibliothecae Berolinensis 120, Phillips 1683. Membraneus, saec. XI, duabus constans partibus, cuius altera tota est de sanctis Biturigensibus (2). Fol. 83-85^v: Vita S. Ursini episcopi et confessoris. — Fol. 85^v-87: Revelatio corporis S. Ursini episcopi = BHL. 8411.

A 3 = Codex bibliothecae Aurelianensis 334. Membraneus, partim saec. XI, partim XII exaratus (3). Tum sanctorum Biturigensium tum aliorum Vitae continet, et pag. 110-22: Vita sancti et beatissimi Ursini archiepiscopi et confessoris Biturigae civitatis primi pontificis.

B 1 = Codex Londinensis Musei Britannici, Royal 13. B. XIII. Membraneus, ex duobus compactus codicibus, quorum alter, saec. XII exaratus (4), continet, fol. 125, Vitam S. Ursini, cui subnexa est, fol. 127^v, Revelatio corporis = BHL. 8411.

B 2 = Codex Oxoniensis bibliothecae Bodleianae, Fell 3. Membraneus, foliorum 120, 0^m.33 × 0,33, variis manibus saec. XII exaratus. Fol. 77-81: Passio S. Ursini, cum prooemio adhuc inedito. Fol. 81-81^v sequitur, nullo praefixo lemmate, Revelatio corporis = BHL. 8411.

B 3 = Codex Capituli Baiocensis 55. Membraneus, foliorum 93, 0^m.33 × 0,215, variis manibus, saec. XII-XIII exaratus (5). Bedam in Canticum Canticoorum sequuntur nonnullae Vitae sanctorum, et fol. 67-74: Vita S. Ursini. Deest prologus.

B 4 = Codex bibliothecae Nationalis Parisiensis 14364, olim Sancti Victoris. Membraneus, saec. XIII exaratus (6). Fol. 147^v-50^v: De sancto Ursino. Hoc codice, qui prologo caret et imperfectus est, usus est Labbe.

E codicibus B 1, B 2, B 3 et B 4 (e Labbeana editione) Vita S. Ursini nunc primum integra prodit.

ad unam
reducitur;

5. Vitam A, iam bis editam, iterum proferre superfluum est. Libelli auctoritatem ultra modum extulit Faillon, fabularum quas dicunt apostolicarum propugnator, et suo etiam modo Gulielmus Arndt, qui ad c. XXX Historiae Francorum haec notabat: «Aut ex vulgi traditione Gregorius haec retulit aut Passione S. Ursini quae nuper lucem vidit [= BHL. 8412]... Sed notandum est, Vitae S. Ursini, quae unico tantum codice servata est, primum caput unde superscripta sumpta esse possunt, lacunosum mutilatumque esse (7).» At vero si tum codices A

tum codices B inspexisset, sententiam procul dubio mutasset. Vitam A Gregorii fontibus nequaquam annumerari posse iam intellexerat C. Chevalier (8), quem secutus est Br. Krusch (9), eiusdem anonymum scriptorem e Gregorio plurima hausisse rati; alium anonymum exscripsisse qui Gregorium adhibuit rectius dixeris. Nihil enim in Vita A narratur quod in B non reperias, mutata utique phrasi, multisque rescissis, ita ut pro epitome Vitae B habenda sit, et hac quidem inscite et indiligenter concinnata. Etenim, praeter quam quod capita I, II et partim III omnia sunt, de Iusto abrupte dicere incipit: hic namque Iustus cum beato Ursino ad urbem Biturigum, nulla eiusdem in prioribus iniecta mentione. Sunt et alia quae breviter certe indicant, ita ut relicta Vita A, ad solam B animus convertendus sit.

6. Huius autem Vitae scriptor Historiam Fran-

eius fontes;

corum legit, eamque ad suos usus licenter accommodavit. Et primo quidem tam septem episcopos quam ipsum Ursinum a S. Clemente in Gallias missos fuisse mentitur, Ursinum vero unum fuisse ex septuaginta duobus discipulis, cuius prima gesta evangelistis et Actibus Apostolorum describit. Ursinus videlicet, si ipsum audias, Christum docentem audivit, eius miracula suis oculis conspexit, ultimae interfuit cenae, ubi ad legendum — ita insulse fabulator ille — a Domino deputatus fuit; testis deinde passionis, resurrectionis et ascensionis Domini, in die Pentecostes cum apostolis Spiritum Sanctum accepit; sociusque S. Stephani effectus, sanguinis eius guttas collegit. Cum principe apostolorum deinde Romam petit, eoque mortuo iussu Clementis cum Iusto discipulo ingreditur Biturigum fines. Mox Iustus moritur et miliario ab urbe nono ab Ursino sepelitur. Urbem tandem ingressus, Ursinus fidem praedicat. His annectitur historia Leocadii, rursus e Gregorio, sed plurimum locis communibus amplificata. Baptizatur Leocadius cum filio Lusore, de quo alio loco Gregorius (10); alter vero eiusdem filius, Coromusellus nuncupatus, gentilitatis errori innotulus remanet; domus autem Leocadii, in ecclesiam conversa, S. Stephano consecratur. Senecianum tandem successorem sibi constituit Ursinus, et post annos septem et viginti in episcopatu transactis, moritur. Haec summa Vitae B, cuius scriptor anonymus. Ut rem paucis complectar, praeter ea quae ex Gregorio et libris sacris deprompsit, e memoris ecclesiae Biturigum liturgicis nonnulla etiam mutuatus est. Cum ecclesia cathedralis S. Stephano dicata esset, eiusdem reliquias ab ipso Ursino allatas et in domo Leocadii collocatas esse finxit; Iustum etiam, qui in pago vicino nunc Saint-Just (dép. du Cher, arrondissement de Bourges) colitur, Ursini discipulum fuisse asseruit. Nullam esse talium rerum fidem, non est cur nullis demonstraretur, nihilque de primo Biturigensium episcopo memoria dignum superesse patet, praeter ea quae Gregorius Turo-nensis in Historia Francorum commemorat.

(1) Catal. Lat. Paris., t. III, p. 183. — (2) V. ROSE, Die Handschriften-Verzeichnisse der Königlichen Bibliothek zu Berlin, t. XII, p. 248. — (3) Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques de France, Départements, t. XII, p. 179. — (4) WARNER-GILSON, Catalogue of Western Manuscripts in the Old Royal and

King's Collections, t. II, p. 99. — (5) Catalogue général des manuscrits des bibliothèques de France, t. X, p. 322. — (6) Catal. Lat. Paris., t. III, p. 228. — (7) M. G., Scr. rer. merov., t. I, p. 48. — (8) Les origines de l'Église de Tours. (Tours, 1871), pp. 139, 474 sqq. — (9) M. G., t. c., p. 796. — (10) In Gloria Confessorum, xc.

epitomae. 7. De Vitis brevioribus BHL. 8414, quae appendix est ad *Legendam auream*, BHL. 8415, quam in novem lectiones divisam ex vetustissimo breviario Biturigensi accepit Labbe (1), cuique addendae sunt antiphonae ad psalmos, iisdem ex fontibus concinnatae, disserere supervacaneum videtur, cum omnino a Vita B pendeant. Epitomen Vitae S. Ursini, sub nomine Nathanaelis, discipuli Christi, ex codice Ultraiectino Sancti Salvatoris, nunc bibliothecae Universitatis Ultraiectinae, dabitur (2), ne quicquam eorum quae de S. Ursino Biturigenes excogitarunt praetermissis videamur. His tamen non immorabimur, maxime post ea quae iam alio loco dicta sunt (3), neque etiam dictis eorum qui S. Austremonii Arvernorum episcopi Vitam conscripserunt, cum eundem asserunt Biturigum pagum adfuisse, populum in fide vacillantem verbo et exemplo roborasse eique Ursinum episcopum praefecisse (4).

Diploma spurium. B 8. De ecclesiis quas S. Ursinus in agro Biturigeni vel aliis locis condiderit vel consecraverit, disquisitionem instituire non vacat, cum haec certo certius inter pia figmenta amandanda sint, et ea maxime quae in ementito Dagoberti regis diplomate narrantur: Dagobertus Dei gratia Francorum rex, notum volo fieri omnibus praesentibus et futuris, quod ecclesiae beatorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii de Francia damus et concedimus nostrorum concilio optimatum et assensu domini Austaldi Pictavorum episcopi ecclesiam de Plombata, ecclesiam scilicet quam in honore beatae Mariae semper Virginis et sanctorum Angelorum beati confessoris Ursinus, Martialis, Cacianus et Julianus composuerunt, eandem vero ecclesiam ipsi Angeli Deo consecraverunt, ecclesiam dico quae est inter duas valles sita prope aquam quae dicitur Vigona supradictis martyribus liberam et ab omni servitio absolutam concedimus (5).

Scriptores recentiores. C 9. Inter scriptores recentiores qui de S. Ursino tractarunt primus dandus est locus anonymo qui Patriarchium Bituricense (6) confecit, quemque nonnulli suspicantur esse Benedictum Vernier levisima, ut notat Labbe, coniectura (7). Quisquis ille est, usus est, praeter Gregorium Turonensem, Vita A, et Biturigenes traditiones adduxit, quas tamen non omnes suas fecit. Primum loci episcopum fuisse Nathanaelem evangelicum aperte negat, et cum Gregorio initia laborum eius temporibus Decii imperatoris constituit. Sed quae auctor Vitae Ursini comminiscitur minime respuit, eaque multis verbis enarrat, nova quaedam e vulgari jama accepta iis intermiscens, quorum praecipua haec sunt:

a) Ab idolorum cultoribus e civitate expulsus, subsistit Ursinus in loco cui capellae Sancti Ursini vocabulum est, ibique oranti caelestis astat

nunciatus, qui sanctum consolatus hortatur ut ad civitatem redeat (8).

b) Biturigis « habebantur aulae quas barbarum vulgus Salas appellat. Quo in loco idem sanctus patriarcha Ursinus oratorium in Deiparae Virginis memoriam constituit. Qui locus adhuc retinens antiquissimum suae denominationis vocabulum, vulgo dicitur Nostra Domina de Salis (9). »

c) « Habebat autem vir Dei corrigiam qua dominus noster Iesus Christus fuit ad columnam ligatus, quando iussu Pilati praesidis virgis caesus est; quae quidem corrigia cum casula ipsius S. Ursini ad haec usque tempora illic diligenter adservatur et annuatim die Parasceves populo devote osculanda traditur (10). »

d) « Fertur quod aliquando, dum idem sanctus patriarcha dioecesim suam visitando rem divinam perageret, in vico cui Leproso vocabulum est, gallos seu quasdam alias aviculas importunius cantantes frutinientesque solo iussu silere fecerit; nec illae quidem aviculae illic garrere post haec visae sunt, donec multis exinde annis evolutis, S. Martinus Turonensis archiepiscopus illic adveniens, data benedictione eas iterum cantare permisit (11). » Hanc fabellam repperit in Vita S. Silvani, BHL. 5638. De ceteris qui ut S. Ursini memoriam scriptis illustrarent conati sunt, J. F. H. Odoul (12), de Lutho (13), I. Veillat (14), T. de Brimont (15) dixisse satis erit nullum esse qui eius Vitam critice tractavit.

AUCTORIB.
H. D.

§ 3. De cultu S. Ursini apud Biturigenes.

10. Revelatio reliquiarum currente saec. VI initium venerationis S. Ursini fuit, nec eius nomen in ullo ex antiquis martyrologiis inscriptum est. Prima eius mentio est apud Adonem, hoc die: apud Bituricas S. Ursini, qui Romae ordinatus a successoribus apostolorum, primus eidem urbi destinatur episcopus, quae, omissa ordinatione Romae habita, apud Gregorium In Gloria Confessorum leguntur. E verbo haec iterantur ab Usuardo, et Romano martyrologio, ubi tamen nomen Ursini restituitur. In martyrologio Parisiensi edito anno 1537, nuntiatur die 29 decembris: apud Bituricam Aquitaniae primatiam depositio beati Ursini confessoris, primi Bituricensis archiepiscopi, a beato Clemente ad praedicandam Christi fidem illuc transmissi, quem tradunt historiae Nathanaelem fuisse appellatum et in Cena, quando Dominus pro mundi redemptione statim passurus erat, lectoris usum officio (16). In martyrologio seu calendario quod ex codice monasterii Sancti Sulpitii descripsit Ph. Labbe, tres sunt de S. Ursino nuntiationes. Octobris 27:

Commemorations
in martyrologiis.

(1) *Novae bibliothecae manuscriptorum librorum* t. II, p. 460-61. — (2) Ex apographo cod. Bruxellensis, 8936-38, olim Bollandiani, fol. 112-16. In Vita S. Phaletri BHL. 6790 S. Ursinus etiam dicitur ille qui in evangelio Nathanael vocatur et sancti Philippi frater dictus est. LABBE, t. c., p. 436. — (3) Act. SS., Aug. t. V, p. 14, n. 32-34. — (4) Act. SS., Nov. t. I, pp. 57, 66. — (5) Adduct. LABBE, t. c., p. 463 « ex tabulario Sancti Dionysii apud Doubletum, p. 676 s. — (6) LABBE, t. c., p. 3-150. — (7) T. c., p. 150. —

(8) T. c., p. 6. — (9) T. c., p. 8. — (10) T. c., p. 8. — (11) T. c., p. 9. — (12) *Vie de S. Ursin, apôtre du Berry*, Bourges, 1828, 185 pp. — (13) *Un apôtre du Berry*, Bourges, 1858. — (14) *Légende de S. Ursin patron du Berry*, de S. Léocade et de S. Ludre, in *Compte-rendu des travaux de la Société du Berry à Paris*, t. IX (1862), p. 128-68. — (15) *S. Ursin, son apostolat dans le Berry, et son culte*, Bourges, 1884, 139 pp. — (16) LABBE, t. c., p. 462.

Bituricas

AUCTORE
H. D.

Bituricas relevatio (sic) S. Ursini episcopi et confessoris; *novembris 9*: beati Ursini episcopi; *decembris 29*: Bituricas depositio sancti Ursini qui ipsius populum convertit ad Christum (1). *In calendario anni 1501 festa duo inscripta sunt: iunii 12*: Translatio S. Ursini, et *decembris 30*: Ursini episcopi et confessoris (2). *Festum iunii, ad diem 14 ita nuntiatur a Saussayo*: Apud Bituricas translatio S. Ursini huius metropoliticae sedis fundatoris, viri apostolici, facta per beatum Philippum Berruier Bituricensem praesulem (3), qui de veteri conditorio sacratissimos illius artus in argentea capsula reposit; cuius rei memoria a posteris religiose observata, hodierno anniversario recolitur, quod festum Sancti Ursini Rosarum appellatur (4). *In calendario missali Biturigensi anni 1711 praefixo binis diebus S. Ursini commemoratio reperitur: novembris 9*: Ursini Biturigum apostoli et primi episcopi. Solemne maius, Cantoris (5). Obiit 29 decembris c. med. II s. Translati per Probianum an. 558 hac die (6). *Die 29 decembris fiebat de octava Nativitatis Domini cum commemoratione S. Stephani, S. Ursini et S. Thomae Cantuariensis. Festum ergo decembris natalis S. Ursini dies habebatur, festum vero novembris translationis seu melius inventionis commemoratio, quae olim die 27 octobris, si fides sit calendario Sansulpitiano celebrabatur. Duplex S. Ursini festum inscriptum reperio etiam in calendario anni 1831; anno 1849 duplex remanet mentio, sed fit festiva sollemnitas S. Ursini dominica proxime sequente kalendas novembres; ita et anno 1852 (7), et festum 29 decembris ritu duplici secundae classis celebratur; ita quoque anno 1913; festum tamen decembris fit ritu duplici primae classis (8).*

Reliquiarum recognitiones.

11. De reliquiis S. Ursini habetur commentarius ad nostros olim missus, nunc autem in codice bibliothecae Regiae Bruxellensis 8936-38, fol. 148-156 servatus: Mémoire touchant le culte des reliques de Saint Ursin premier archevêque de Bourges, cum appendice: Procès verbal touchant les Reliques de S. Ursin, id est instrumento anno 1742 confecto. Varias corporis recognitiones et translationes hoc ordine enumerantur.

1239. Philippus Berruier archiepiscopus Biturigensis, transfert S. Ursini reliquias, qua de re huiusmodi conficit litteras: Anno gratiae MCCXXXIX, decimo kalendas novembres, nos Philippus, permissione divina Bituricensis archiepiscopus, Aquitaniae primas, invenimus corpus

B. Ursini primi archiepiscopi Biturige civitatis in suo sarcophago retro altare, quod iam consecratum erat in honore S. Ursini in ecclesia S. Symphoriani, cum litteris plumbeis sic habitibus: HOC EST CORPUS BEATI URSINI PRIMI ARCHIPRESULIS BITURIGE CIVITATIS. Et ipsum corpus transtulimus in capsam argenteam supra dictum altare anno pontificatus nostri quarto (9). *Notasse iuverit inscriptionem in lamina plumbea non ita antiquam esse ut tempore primae inventionis in sarcophago posita censenda sit. Annuam translationis commemorationem fieri iussit archiepiscopus Philippus. Ut postulationi canonicorum satisfaceret, summus pontifex Innocentius IV, die 17 aprilis 1249, commemorationem in aliam diem transtulit (10).*

1242. Ex actis capitularibus constat tum caput tum brachium S. Ursini in ieslo translationis plebis christianae venerationi exponi consuevisse (11). *Non integrum igitur S. Ursini corpus in capsula argentea incluserat archiepiscopus Philippus.*

1336. Sabbato ante festum Nativitatis Christi litterae dantur ab archiepiscopo Fulcaudo, in quibus de festo S. Ursini Rosarum agit (12).

1347. Litteris 10 septembris huius anni datis, a summo pontifice Clemente VI conceduntur indulgentiae omnibus et singulis qui ad decentiorem capsam capiti S. Ursini parandam manus porrexerint adiutrices (13).

1377. Martii 4. Visitatio reliquiarum S. Ursini, de qua huiusmodi exstat instrumentum: Noverint universi quod anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, die Iovis quarta die mensis martii, fuerunt visitate reliquie beati Ursini in feretra argentea, et de mandato et consensu domini archiepiscopi Bituricensis (14) fuerunt tradite certe reliquie de corpore beatissimi Ursini domino duci Biturie Ioanni fratri regis Francie et filio Iohannis quondam regis Francie, videlicet habuit unum frustum de capite et unum os de brachio et unam de costis eiusdem. Acta fuerunt hec in ecclesia S. Symphoriani in qua stat corpus beatissimi Ursini, presentibus... (15).

1400. Iulii 19: Anno Domini millesimo quadringentesimo die decima nona mensis iulii, de licentia reverendissimi in Christo Patris domini Petri archiepiscopi Bituricensis de feretra seu capsula predicta fuit extractum unum parvum os de reliquiis predictis ad reponendum in quodam modico cristallo quod tenet angelus ante caput

(1) LABBE, t. c., pp. 704, 705, 706. — (2) Montague Rhodes JAMES, *A descriptive catalogue of the Latin manuscripts in the John Rylands Library*, t. I (Manchester, 1921), pp. 113, 114. — (3) Anno 1239. — (4) A. DU SAUSSAY, *Martyrologium gallicanum*, t. II, p. 1134. — (5) Scilicet duplex primae classis. — (6) *Missale Bituricense*, Avarici Biturigum, 1741. — (7) *Proprium Archidioecesis Bituricensis*, 1852, pars autumnalis et hiemalis. — (8) *Ordo divini Officii recitandi ad usum ecclesiae P. P. Biturigensis*, pro anno Domini 1913. — (9) *Gallia christiana*, t. II, p. 5. — (10) *Mémoire*, in cod. Bruxellensi 8936-38, fol. 149^v. — (11) *Mémoire*, t. c., fol. 148^v. — (12) *Mémoire*, t. c., fol. 149^v: « Avant cette translation [an. 1239], on célébrait la fête d'une autre aussi avec beaucoup de solennité, l'acte capitulaire en forme de

statut de 1242 ordonne qu'on continuera de la célébrer avec toutes les cérémonies accoutumées. Il y a beaucoup d'apparence que cette fête est celle que l'on célèbre comme fête de chantre tous les ans le lundi dans l'octave de la fête du Saint Sacrement sous le titre de *St Ursin des Roses*, car il paraît par une charte de Poucault, archevêque de Bourges du vendredi avant Noël 1336 que cette fête se faisait sous ce titre. Ce ne peut être que la fête ou de la translation du corps de S. Ursin faite par l'archevêque S. Probien en 558 ou de la translation qui se fit lorsque le corps de S. Ursin fut tiré de l'endroit où S. Probien l'avait enterré pour être mis derrière l'autel consacré en son honneur. » — (13) *Mémoire*, t. c., fol. 149. — (14) Is erat Petrus de Stagno. — (15) *Mémoire*, t. c., fol. 153.

beatissimi.

A. beatissimi Ursini; quod vas noviter factum est, presentibus plurimis dominis et magistris... (1).

1475. Februarii 25. Exemplar litterarum Iohannis Cordis, archiepiscopi Bituricensis (2): Anno gratie millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, V kalendas martii, nos Iohannes IV, permissione divina Bituricensis episcopus, Aquitanie primas et Iohannes eadem permissione Abrincensis episcopus, regis confessor, notum facimus quod ad instantiam christianissimi principis domini Ludovici XI, Francorum regis, bone memorie Caroli VII filii, qui devotionis causa, ad visitandum ecclesiam beatissimi Ursini primi Bituricensis archipraesulis venerat, capsam argenteam super antiquum sarcophagum eiusdem beatissimi Ursini positam aperuimus, in qua ipsius sacratum corpus, olim ibi, anno scilicet Domini millesimo ducentesimo trigesimo nono et decimo kalendas novembris, per sanctum Philippum Bituricensem archiepiscopum in saculo corii albi honorifice collocatum invenimus (3).

B. Interfuerunt...; et ut nullus deinceps premissorum ignorantiam pretendere valeat, nostra et dicte ecclesie sigilla hic fecimus interponi cum publici notarii subscriptione in testimonium premissorum, ut plenius continetur in litteris in dicta capsula argentea positis... Haec propter Lexovienses acta esse asserit scriptor Patriarchii Bituricensis. Quia enim eorum ecclesia cathedralis S. Ursino dicata erat (ita ille; revera S. Petrum patronum habebat) arbitrati sunt ibidem sancti praesulis corpus requiescere; Bituriges autem illud apud se retineri constanter affirmabant. Cumque res propemodum in contentionem vocaretur, rex Ludovicus cum patriarcha Biturigensi egit ut explorandae veritatis gratia ipse pontifex reseraret capsam argenteam in qua reliquiae conditae fuisse credebantur. Peracta aulem recognitione Lexovienses « in poenitentiam versi sunt, et ut saltem particula reliquiarum beati patroni sibi conferretur opereose impetrantes, cum iisdem reliquiis ad propria redierunt (4). » Undenam haec didicerit scriptor non prodit. Utrum cum iis facile componantur quae Lexovienses de suis reliquiis enarrant necne, data opera exquirendum erit.

1727. Septembris 30. Visitatio reliquiarum S. Ursini, de qua instrumentum confectum est (5).

1735. Martii 30. Recognitio reliquiarum S. Ursini (6).

1742. Ianuarii 3. Ab archiepiscopo Friderico Hieronymo de Roye de la Rochejoucauld sacrae reliquiae iterum recognitae et in nova capsula depositae fuerunt. Cuius recognitionis amplum confectum est instrumentum in quo antiquiora diplomata exscripta reperimus (7).

1767. Decembris 21. Georgius Philippus d'Her-

baut archiepiscopus, consecrans in ecclesia cathedrali altare in honorem S. Stephani, reliquias S. Ursini in eo includit (8).

1793. Ecclesia collegiata Sancti Ursini, olim Sancti Symphoriani, in civili perturbatione exsecrata mox solo aequata est. Sacri corporis reliquiae in tanta rerum pernicie periisse videntur, nisi forte, ut est quorundam opinio, cum aliis plurimis permixtae in ecclesia cathedrali iaceant (9).

12. Ex Chenutio notat Labbe « casulam qua in humanis agens idem divus utebatur, incognita nostris artificibus materia mirabilique stamine opereque contextam, quamque videmus hodie tantum sumi in missa mediae noctis Nativitatis Domini, ab eo qui celebrat in ecclesia collegiata B. Mariae de Salis, oculorum lippitudini mirabiliter prodesse, si ipsam tantummodo tetigerint (10). »

§ 4. De cultu S. Ursini apud Lexovienses et variis in locis.

13. Narrant Lexovienses (11) episcopum Hugonem anno 1055 ecclesiae Sancti Petri fabricam, ab Herberlo inchoatam consummasse; dum autem eandem sollempniter dedicare meditaretur, pestilentiam in civitatem incidisse; eum porro, auditis S. Ursini miraculis, impetrasse ut sancti reliquiae tum ad illustrandam celebrationem tum ad repellendam luem Lexovium mitterentur. Hac vero depulsa et peracta consecratione, coeperunt Biturigenses sacrum pignus reposcere. Fuerunt ergo S. Ursini reliquiae plaustro impositae, et ab episcopo et clero extra civitatem deductae. Mirum dictu: ne Biturigam versus ultra procederet vehiculum prohiberi coepit, retro vero nulla mora rotae movebantur; unde intellectum est perpetuum Lexoviensibus possessionem reliquiarum S. Ursini concedi, easque ad ecclesiam cathedralem referendas esse. Loco autem in quo constiterant Montis Sancti Ursini nomen inhaesit, ibique erecta est crux lapidea quae et Sancti Ursini dicta est. Hinc etiam usus invaluit ut quotannis feria secunda post Albas depositas (postmodum ipsa dominica in Albis) cleri et populi civitatis sollempnis supplicatio eo pergeret, ibique miraculum plebi exponeretur. Ita illi (12). Nobis quidem populares illas redarum et iumentorum jabellas, quae si non litteris, picturis certe inde a saeculo XIII expressae sunt (13), omittere placet, satisque est scire in dioecesi Lexoviensi antiquam esse S. Ursini venerationem jamamque sacri eius corporis Biturigensibus erepti.

14. Certiora de reliquiis Lexoviensibus habemus inde ab anno 1399, quo ab episcopo Gulielmo d'Estouteville recognitae fuerunt. Notum facimus, ita recognitionis instrumentum (14), quod nos utilitatem

(1) Mémoire, t. c., fol. 153.— (2) Gallia christiana, t. II, instrum., p. 27.— (3) Vox omissa est ab editore. Supplevimus ex LABBE, t. c., p. 10.— (4) Apud LABBE, t. c., pp. 9-10, 138.— (5) Mémoire, t. c., fol. 155.— (6) Mémoire, t. c., fol. 155v.— (7) Mémoire, t. c., fol. 152-56v. Apographum diei 18 aprilis 1742.— (8) Instrumentum ap. J. F. H. ODOUL, Vie de S. Ursin, p. 83.— (9) ODOUL, t. c., p. 52.— (10) LABBE, t. c., p. 465.— (11) De his lege V. LAHAYE, Les reliques et les reliquaires de St Ursin à Lisieux, in Études Lexoviennes, t. II (Paris, 1919), p. 177-214.— Novembris Tomus IV.

(12) LAHAYE, t. c., p. 179-80, e libello J. LEPRÉVOST, Vie des saints patrons du diocèse de Lisieux (Lisieux, s. a.), p. 181-84.— (13) LAHAYE, t. c., p. 181: « On voyait encore, au XVIII^e siècle, à la cathédrale, l'histoire du miracle représentée sur de très anciens ornements de drap d'or à fond rouge, qui portaient des armes épiscopales, celles de Guillaume de Rupierre, évêque de Lisieux de 1193 à 1201: pallé d'or et d'azur de six pièces. » — HARDY, La cathédrale de Saint-Pierre de Lisieux, p. 238.— (14) Apud LAHAYE, t. c., p. 201-203.

AUCTORE
H. D.

et honorem dictae nostrae ecclesiae pensantes et attendentes die XIII mensis aprilis ante Pascham anno Domini MCCCXCIX (1) indictione VIII ab electione D. Benedicti ultimo in papam electi anno VI, videntes etiam et considerantes mutuo consensu mirae commendationis et ab omni aevo venerationis capsam ab antiquissimo tempore super altare maius repositam, cuius decor aliquatenus hic declarabitur, multis incommodis et dampnis lacessitam et deturpatam... Volentes itaque tanti iocalis deturpationem possetenus emendare, cum solemnitate qua potuimus ingentiori a suo loco cum laudibus et canticis in thesauro ecclesiae asportavimus; dehinc intrinsecum cupientes inestimabilem videre thesaurum, quod viventium quispiam minime reserari videbat, die predicta cum devotione et summa veneratione perquisivimus et invenimus in hunc modum. Et primo per nos fuit repertum in eadem capsula, prout apparebat per antiquas scripturas,

B

potissime per quandam tabulam marmoream, in qua sic erat scriptum: CORPORA SANCTORUM URSINI BERTVINI ATQUE PATRICII CONFESSORUM, corpus beati Ursini cum magna parte capitis et (2) ossibus quam plurimis, involutum in panis sericis et lineis, ac in quadam bursa corii cervi inclusum sub sigilli impressione in pasta, super quam bursam scriptum erat: CORPUS BEATI URSINI CUM MAGNA PARTE CAPITIS. Narrat deinde episcopus se post capsulae refectionem sacras reliquias in ea reposuisse, seclusa lamen, ne tanti thesauri copia visibus nimium celaretur humanis, dicta parte capitis, maxilla et costa una, sibi, de consensu capituli costam unam cum portiuncula parva capitis reservasse. Die autem 29 iunii an. 1402 maxima pars capitis quae a capsula remota fuerat, reliquario inclusa fuit (3).

saec. XV,

15. Labente saec. XV, Anglis urbem tenentibus, reliquiae ecclesiae Lexoviensis furtive ablatae sunt et in Angliam deportatae. Postea restitulae sunt, rei que commemoratio quotannis celebrata, ut habetur ex processionali Lexoviensi anni 1512: Dominica proxima ante festum B. Mariae Magdalenes, fit processio ad Abbatiam, videlicet pro recuperatione reliquiarum ecclesiae Lexoviensis ab Anglis depraedatarum, et in ea defertur capsula seu caput B. Ursini per duos capellanos (4). Anno quoque 1512 reliquiae ecclesiae cathedralis a furibus surreptae sunt, quarum illae erant, ni fallor, quas sibi episcopus Gulielmus servaverat: tres imagines argenteas deauratas, quarum due duorum angelorum et altera in medio cuiusdam archiepiscopi tenentis alteram costarum sancti Ursini effigies habebant (5).

saec. XVI

16. Restat ut ultima Lexoviensium S. Ursini reliquiarum fata per annos digeramus.

1562. Ecclesia cathedralis ab haereticis expilata est (6) et reliquiae e pretiosa capsula extractae. Rem

multis persequitur episcopus Johannes Hannonius, D litteris 10 iunii anni 1564 (7), e quibus haec afferre sufficit: Porro, in hac tanta rerum desperatione, divina providentia factum esse putamus, ut ingens reliquiarum maioris aedis huius urbis thesaurus, Nicolao Sainctard, fratri et sodali nostro, viro quidem certe antiqua virtute et fide, tanquam custodi fiduciarum non committeretur modo, verum etiam de meliore nota commendaretur, quem pro sua fide sartum et tectum ab omni iniuria syncerum integrumque conservavit. Nam cum illum ipsum, sedata utcumque seditionis tempestate repeteremus, ille frequenti populo spectatore ita restituit ut nihil desideratum nihilque suo loco motum videri posset, salva omnia et integra reperta et ad eum prorsus modum, qui litteris reverendi pastoris Gulielmi ab Estoutevilla huius olim civitatis episcopi exprimitur, quarum exemplum infra subiiciemus, et quas una cum schedula et tabella marmorea atque divorum tutelarium sacrarum reliquiarum in pristinum ferculum ligneum, sceleratorum sacrilegio gemmis atque argento ceterisque ornamentis spoliatum impositum, partem vero sacri capitis, praeterea maxillam et unam de costis sacrotoreumate argenteo quidem illo et ad humani capitis effigiem elaborato seposuimus et condidimus.

E

1626. Reliquiarum recognitio ab episcopo Gulielmo Alleume, qui singulas suis locis reposuit.

et sequentibus.

1664. Reliquiarum recognitio ab episcopo Leonorio II de Matignon, eodem modo (8).

1685. Recognitio reliquiarum ab eodem episcopo et in alia capsula repositio (9).

1703. Recognitio reliquiarum a canonicis (10).

1731. Recognitio reliquiarum ab episcopo Henrico Ignatio de Brancas (11).

1792. Argenteum capitis S. Ursini reliquiarum monetaris traditum est (12). Ceterorum nullum amplius vestigium remansit.

1842. Sacerdoti Petro Nicolao Sawage a muliere ceterum ignota traditur sacculus pellicius cum ossibus S. Ursini, qui ferebatur tempore perturbationum Gallicarum incendio ereptus esse. Reposita sunt ossa in reliquario quod recens repertum est cum hac inscriptione: ex ossibus sanctorum olim in ecclesia S. Petri Lexoviensis (13).

F

17. Saeculo XV in dioecesi Lexoviensi tria S. Ursini festa agebantur. In calendario breviarii Lexoviensis, qui est codex 662 bibliothecae Capituli Baiocensis ita nuntiantur (14):

Festa
S. Ursini
Lexovii.

11 iunii: Sancti Ursini et sociorum eius translatio. Triplex (cum octava).

9 novembris: Revelatio sancti Ursini. Duplex.

29 decembris: Sancti Ursini episcopi. Triplex festum (cum octava) (15).

Tria quoque festa reperiuntur in missali Lexoviensi saec. XV exeunte impresso (16), et in mis-

(1) MCCCXCIX in edito. — (2) in in edito. — (3) Instrumentum, ibid., p. 203-204. — (4) Ibid., p. 185. — (5) Ita in litteris Leonis X p. anni 1517, ap. LAHAYE, t. c., p. 186. — (6) R. N. SAUVAGE, *Les troubles de 1562*, in *Études Lexoviennes*, t. I, p. 51-74. — (7) Apud LAHAYE, t. c., p. 204-206. — (8) Instrumenta, ibid., pp. 207, 208. — (9) Instrumentum, ibid., p. 210. — (10) Instrumentum, ibid., p. 211. — (11) Instrumentum,

ibid., p. 212. — (12) LAHAYE, t. c., p. 197-98. — (13) LAHAYE, t. c., p. 199. — (14) Haec et alia plurima de festis S. Ursini in dioecibus Lexoviensi et Baiocensi perhumaniter nobiscum communicavit R. D. L. Le Mâle, canonicus Baiocensis. — (15) Eadem fere in codice bibliothecae civitatis Cadomensis 41, saec. etiam XV exarato. — (16) In bibliotheca Nationali Parisiensi, Réserve B. 27923.

A salū anni 1571 (1). Non ita in breviario anni 1704:

11 iunii: Translatio reliquiarum SS. Ursini, Patritii, Candidi et Bertivini. Duplex minus (absque octava).

9 novembris: Ursini episcopi, Lexoviensis ecclesiae patroni secundarii. Duplex maius (cum octava).

Suppressum est festum 29 decembris. In breviario autem 1750 solum supererat festum 11 iunii. Hoc vero die lectio IV in secundo nocturno ita ordiebatur: De beato Ursino pontifice sive fuerit primus Lexoviensium antistes et apostolus sicuti visum est nonnullis, sive alterius sedis episcopus, quid certi loqui possumus? Obstant imprimis iteratae Danorum incursiones qui in nostras potissimum regiones igne ferroque saevierunt. Lectio V est de reliquiis, VI vero de patrocinio: De cetero quantum valeat apud Deum beati Ursini patrocinium, experti sunt quam plurimi in languoribus suis: immo etiam et experta est olim tota civitas Lexoviensis. Hinc altaria sub ipsius invocatione passim sacrata, confraternitates erectae; hinc sollemnis illa processio quae quotannis feria secunda post octavam paschae multo cum populorum concursu celebratur. Nundinarum S. Ursini hoc die principium erat, et nunc est. In Processionali Lexoviensi anni 1827 habetur oratio ad processionem ad crucem de S. Ursino dictam feria II post dominicam Quasimodo haberi solitam. Nostris diebus die 30 decembris S. Ursini festum Lexovii

B agitur (2). Eodem die in dioecesi Baiocensi certam saeculo XIII celebrabatur, ut ex huius ecclesiae Ordinario habemus. Ita et in breviariis ann. 1628, 1665, 1738, 1771, 1799 (Londinii), 1844. Anno 1859 postulatum est ut ad diem 17 iunii transferretur; anno 1914 ad antiquam consuetudinem Baiocenses redierunt (3). Inscriptus quoque erat S. Ursinus calendariis Rotomagensi et Ebroicensi, 30 decembris vel 9 novembris (4); in dioecesi Appamiensi die 14 novembris fiebat commemoratio eiusdem (5).

18. Ecclesia Sancti Victorii, in agro Blesensi (Chaussée Saint-Victor, Loir-et-Cher) S. Ursini quoque reliquias se a multis saeculis servare gloriatur (6). In capsula inventa est membrana cum huiusmodi inscriptione: In hac capsula requiescunt sanctae reliquiae beatissimi Ursini quae fuerant translatae per Hervaum abbatem Beatae Mariae de Burgo Medio Blesensi anno domini MCCCCLXXIX die dominica octavo kalendas maii (7). Anno 1562 Blesas perlatae sunt, ut haereticorum furori eriperentur, et anno 1582 sollemniter ad ecclesiam Sancti Victorii reductae (8). Ab episcopo Iohanne de Caumartin, anno 1737, ad totam dioecesim Blesensem S. Ursini cultus extensus fuit (9). De veritate tamen reliquiarum ab Hervaio abbate allatarum frustra postulatur argumentum. Quod sane movit episcopum Alexandrum de Thémînes ut earumdem cultum interrompi iuberet; qui tamen primis saec. XIX annis legitimus rursus habitus est (10).

AUCTORE
H. D.

Reliquiae
in pago
Sancti
Victorii.

(1) Ibid., Réserve vélin 809. — (2) Ordo divini officii, 1923. — (3) In antiqua dioecesi Baiocensi ecclesiae S. Ursino dicatae erant in Courtisigny, Epron, Larchamps (nunc in dioecesi Sagiensi). — (4) R. DELAMARE, *Le calendrier de l'église d'Évreux* (Paris, 1919), p. 237. — (5) *Breviarium Appamiense*, Lugduni, 1852. — (6) *Identité des reliques de S. Ursin de la Chaus-*

sée Saint-Victor avec celles de S. Ursin premier évêque de Bourges et apôtre du Berry au premier siècle de l'ère chrétienne, in *Semaine religieuse de la ville et du diocèse de Blois*, t. VI (1877), pp. 560-64, 592-93. — (7) Ibid., p. 561. — (8) Ibid., p. 562. — (9) Ibid., p. 563-64. — (10) P. GUÉRIX, *Les Petits Bollandistes*, t. XIII, p. 278.

I. EXCERPTA E GREGORIO TURONENSI

C

Ex editione M. G., *Scriptores rerum Merovingicarum*, t. I, pp. 49, 796-98.

a) *Historiae Francorum* I, 31.

De ecclesia
Biturigensi

De horum vero discipulis (1) quidam Bituricas civitatem adgressus, salutare omnium, Christum dominum populis nuntiavit. Ex his ergo pauci quodam modo credentes, clerici ordinati, ritum psallendi suscipiunt, et qualiter ecclesiam construant vel omnipotenti Deo sollemnia celebrare debeant, inveniunt. Sed illis parvam adhuc aedificandi facultatem habentibus, civis cuiusdam domum, de qua ecclesiam faciant, expetunt. Seniores vero vel reliqui meliores loci fanaticis erant tunc cultibus obligati; qui vero crediderant ex pauperibus erant, iuxta illud Domini quod Iudaeis exprobrat, dicens: Quia metretices et publicani praecedunt vos in regno Dei.

Math.
21, 31.

Hi vero, non obtentam a quo petierant domum, Leocadium quendam et primum Galliarum senatorem, qui de stirpe Vecti Epagati fuit, quem Lugduno passum pro Christi nomine superius memoravimus (2), reppererunt. Cui cum petitionem suam et fidem pariter intimassent, ille respondit: « Si enim domus mea quam apud Bituricam urbem habeo, huic operi digna esset, praestare non abnuebam. » Illi autem audientes, pedibus eius prostrati, oblati tricentis aureis cum disco argenteo, dicunt eam huic mysterio esse condignam. Quod ille, acceptis de his tribus aureis pro benedictione, clementer indulgens reliqua, cum adhuc esset in errore idolatriae implicitus, christianus factus, domum suam fecit ecclesiam (3). Haec est nunc ecclesia apud Bituricas

F

(1) Dixerat in c. 30 de septem viris in Galleis ad praedicandum missis. — (2) *Hist. Franc.*, I, 29. — (3) Leocadius senator S. Lusorem habuit filium teste Gregorio, *In Gloria Confesso-*

rum, xc. Cf. *Act. SS.*, Nov. t. II, p. 264-66. Adde Lusorem saec. XVII in e breviario Biturigensi expunctum esse. LABBE, *Nova bibl. manuscripta*, t. II, p. 426. Ipse Leocadius colebatur apud urbem

GREGORIUS TURONENSIS

urbem prima, miro opere composita et primi martyris Stephani reliquiis illustrata (1).

b) In Gloria Confessorum, 79.

De S. Ursino Biturigum episcopo.

Bituriga vero urbs primum a sancto Ursino, qui a discipulis apostolorum (2) episcopus ordinatus in Galliis destinatus est, verbum salutis accepit atque ecclesiam Biturigis primum instituit rexitque. Qui migrans a saeculo, in campo inter reliqua sepulchra populorum sepulturae locatus est. Non enim adhuc populus ille intellegebat sacerdotes Domini venerare eisque reverentiam debitam exhibere. Unde factum est ut, incremente terra, plantata desuper vinea omnem memoriam de primo urbis sacerdote convelleret, et usque ad tempus illud quod Probianus (3) episcopus urbis eius est subrogatus nullus de eo sermo haberetur. Fuit autem quidam Augustus (4) nomine de domo Desiderati (5) quondam episcopi, cuius manus ac pedes ita contraxerunt ut se non aliter nisi de geniculis atque cubitis sustentaretur si alicubi processurus vellet incedere. Hic, inspirante Deo, de elymosinis devotorum apud Brivas (6) vicum in honore sancti ac beatissimi Martini antestitis (7) oratorium aedificavit; cuius cum in eo reliquias detulisset, statim directis membris sanus effectus est. Deinde, collectis secum paucis monachis, sub regula monasterii degens, semper in oratione vacabat. Unde factum est ut in sequenti arcersitus ab episcopo, abba ordinaretur in basilicam sancti Simphoriani, quam memoratus pontifex fabricaverat ante conspectum muri Biturigi (8). Nec tamen monachos quos prius congregaverat relinquens, sed instituens eis praepositum, ipse utrasque cellulas gubernabat. Denique, cum apud hanc basilicam moraretur, apparuit ei sanctus Ursinus per visum noctis, dicens: «Defossa humo, inquire corpusculum meum. Ego enim sum Ursinus, huius urbis primus episcopus.» Qui ait: «Quo ibo, aut ubi quaeram sepulchrum

tuum cum ignorem locum ubi sis positus?» At ille, adprehensam eius manum, duxit ad locum et ait: «Sub horum vitium radicibus corpus meum habetur.» Expergefactus abba, narravit haec sacerdoti suo; sed ille parvi pendens quae a presbitero dicebantur, nullum inquirendi studium posuit. Interea beatus Germanus Parisiacae urbis episcopus adfuit, susceptusque ab episcopo, post cenam domus ecclesisticae cum se sopori dedisset, apparuit sanctus atque per visum, episcopo simul scilicet et abbati, duxitque eos ad locum sepulchri, deprecans ut auferrent eum a loco illo. Expergefacti simul ad vigiliis conveniunt in ipsa sancti Simphoriani basilica, explicitaque officia matutina, refert episcopus abbati quae viderat, confessusque est et ipse vidisse similiter. Igitur insequenti nocte accedentes illuc cum uno tantum clerico, qui cereum ferret, venerunt ad indicatum locum. Cumque fodentes usque in profundo, sepulchrum repperiunt. Quo detecto amotoque operturio, viderunt sanctum corpus tanquam dormientis hominis nulla putredine resolutum. Quod admirantes et iterum operturium componentes, indicarunt episcopo data die quae viderant. Tunc ille, convocatis abbatibus et clero, cum honore atque psallentio levaverunt beatum sepulchrum; et quia vectes illi quibus ferebatur valde longi erant, cum venissent ad porticum, non poterant deflecti in ingressu eius, ut ad ostium aedis sine labore accederent. Tunc beatus Germanus elevata voce ait: «Sanctae Dei sacerdos, si voluntas tua est in hac basilica ingredi, sentiamus levamen adiutorii tui.» Et statim, amisso pondere, ita in summa levitate factum est sarcophagum, ut, relictis vectibus, pauci manibus ferrent quod usque ad locum illum multi detulerant. Et sic, celebratis missis, gaudente populo, iuxta altare sepelitur, multis se deinceps virtutibus manifestans.

Biturigenses die 10 novembris (*Missale Bituric.*, 1741); nunc autem exulat a calendario (1913). — (1) Biturigensis ecclesia cathedralis etiamnum S. Stephano dicata est. LONGNON, *Géographie de la Gaule au VI^e siècle*, p. 464. De protomartyris reliquiis ita Gregorius *In Gloria Mart.*, xxxiv: *Pars enim beati sanguinis saerosancti levitae huius, sicut celebre fertur, in altari Biturigae ecclesiae continetur.* Ad haec Ruinartius: «Hodieque in cathedrali Biturigum ecclesia visitur ampulla sanguine beati Stephani plena, quae, ut traditio est, ea ipsa est quam hic noster Gregorius commemorat.» Ampullam non ante saec. V Biturigas allatam esse suadent libelli de miraculis S. Stephani. *BHL.* 7859-72. — (2) *Supra*, p. 101, n. 3. — (3) Adhuc presbyter interfuit anno 541 concilio Aurelianensi, episcopus concilio Parisiensi anno 552, et in vivis

erat dum S. Hilarii Vitam scribebat Fortunatus, anno circiter 565. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux*, t. II, p. 28. — (4) Colitur die 7 octobris (*Acl. SS.*, Oct. t. III, p. 922), quo annuntiat in martyrologio hieronymiano: *in Galliis Beltricas civitate Augusti presbiteri et confessoris.* — (5) Qui anno 549 interfuit concilio Aurelianensi. DUCHESNE, t. c., p. 28. Colitur die maii 8, *Acl. SS.*, Maii t. II, p. 303. — (6) Vicus Brivas, nunc in urbe Biturigensi (rue de Brives); exstat etiam, sed execeratum sacellum sancti Martini, «Saint-Martin de Brives». LONGNON, *Géographie de la Gaule au VI^e siècle*, p. 465. — (7) Errare videtur Gregorius; etenim S. Martino Brivatensi martyri dicatum fuisse oratorium verisimile est. — (8) De monasterio et basilica Sancti Symphoriani, *Acl. SS.*, Oct. t. III, p. 924, num. 13-15.

II. VITA S. URSINI PRIOR

E codicibus Musei Britannici Royal 13. B. XIII (= B 1), bibliothecae Bodleianae Fell 3 (= B 2), Capituli Baiocensis 55 (= B 3), bibl. Nationalis Parisiensis 14364 (= B 4). Cf. *Comm. praev. num. 4.*

Vita beati Ursini Bituricensis episcopi¹.

Prologus.

1. Quicumque historiis texendis sive etiam

gestis scribendis operam solerti cura dare nititur, si a preceptis rethorice discipline non recedit sue genus cause diligenter considerare oportet.

1. — ¹ Lemma manu recentiore B 1; prologum (n. 1) om. B 3, 4.

Cuius

- A Cuius facultate percepta² consequenter³ veniet ei ad notitiam qua parte exordii, quali deinde in prologo suo ratione debeat uti. Unde scripturus pauca Deo favente de gestis beatissimi Ursini, honestum narrationis mee genus consideravi. Cui generi quotiens recitatur confestim sine oratione aliqua favet auditoris animus. Fuit enim honestum quod totum deseruit seculum et uni Deo fidelem se exhibuit servum, a cuius servitio nunquam in vita recessit. Quid denique honestius quam sanctis pollere virtutibus quibus ita fulgebat, utpote quem Iesu Christi prudentia summa educatum esse constiterat. Iustitia vero maxima in illo vigeat, qui religionis catholice pabulo vivebat.
- Rom. 1, 17. Scriptum est enim quod iustus ex fide vivit. Vivebat autem proculdubio fide, cuius erat armatus fervore Spiritus Paracliti infusione. Huius igitur tam sancti viri tamque Deo fidelis imitatoris estote, eius legendi gesta virtutum retinete⁴ exempla. Hic enim Nathanael⁵ esse dicitur de quo ipsa Veritas sanctitatis testimonium perhibens dixit: « Ecce vere Israelita⁶ in quo dolus non est. » Verum postea baptizatus ab apostolis Ursinus est appellatus sicut de Paulo apostolo legitur, qui ante conversionem Saulus⁷ dicebatur, et postquam adeptus vere fidei professionem fuit, Paulus est vocatus. Ergo quis unquam digne poterit laudare quem Deus suo testimonio voluit approbare? Aut quid⁸ mens⁹ humana de meritis illius desperare audeat quem a¹⁰ totius bonitatis principe laudatum non ignorat? Itaque tante virtutis virum imitari studete, omnes christiane fidei cultores, presertim popule Bituricensis, cui verbi¹¹ divini pabula¹² administravit et a cultura superstitionis ad vitam revocavit veritatis; in legendis eius actibus vigilantem animo desudate, et pastorem vestrum¹³ assiduis precibus implorate ut fidei catholice per eum perseveranter teneatis¹⁴ augmenta, a quo etiam sumpsistis primordia.

Incipit Vita S. Ursini¹.

- C
S. Ursinus
viventis
Christo
natus,
2. Domino nostro Iesu Christo de² Maria virgine temporaliter nato ut hominem redimeret a diaboli laqueo atque celestis doctrine predicatione populo³ in terris tradente, plerique qui predestinati erant ad vitam eternam libenti animo atque intentis⁴ auribus amplectebantur. Qui vero cruciandi atrocis⁵ gehenne flamma igneque⁶ perpetuo erant comburendi aspernabantur atque nolentes haurire precepta vite, ultro tendebant ad mortem. Quo in tempore beatus Ursinus natus fuit in seculo, qui postea renatus aqua et Spiritu Sancto angelorum modo tripudiat adiunctus⁷

collegio. Hic autem audita saluberrima Domini predicatione⁸ dicentis: « Qui amat patrem aut matrem plus quam me non est me dignus, et qui non accipit crucem suam et sequitur⁹ me non est me dignus », relicto patre et matre et quicquid in mundo videbatur habere, domini¹⁰ Iesu Christi discipline perseveranter decrevit inherere. O felicem discipulum, qui talem ac tantum meruit habere magistrum sub cuius doctrina omnis est¹¹ sapientia, sicut scriptum est: Omnis sapientia a domino Deo est et cum illo fuit semper et est ante eum¹². Miracula vero que Dominus noster corporaliter operatus est¹³ contemplatus et predicationis melliflue verbis sanctissimis iugiter cum beatis apostolis persuasus, fidei cepit fervore calecere¹⁴, adeo ut in numero septuaginta duorum discipulorum unus princeps post apostolos constitueretur. Qui etiam dominicis plenissime imbutus sacramentis, inter ipsa sacratissime¹⁵ cene convivium ad legendum a Domino deputatus est officio; atque peracta cena quemadmodum Dominus laverit pedes discipulorum non solum meruit videre verum etiam sermonem et mandata sue dilectionis, quibus eos instruere¹⁶ pius magister non cessabat, dignus est habitus audire. Intuens quoque¹⁷ passionis illius poenas nimio cum apostolis affectus est meroris incommodo. Verum die tertia resurrectionis divulgata immensa repletus est letitia. Et ut omni¹⁸ caret¹⁹ erroris nebula, per dies quadraginta quibus post resurrectionem conversatus²⁰ fuit cum sanctis apostolis²¹, loquens eis de regno Dei, vir sanctus cum²² eisdem interesse meruit.

3. Denique ascensionem illius ad celos et quemadmodum nubes suscepit eum ab eorum oculis postquam intuitus¹ fuit, rediens Ierosolimam cum aliis permansit, atque in die sancto Pentecostes omnibus pariter in uno loco sedentibus, sicut in Actibus apostolorum legitur, factus est repente de celo sonus tamquam advenientis spiritus vehementis et replevit totam domum² ubi erant sedentes. Tunc apparuerunt illis dispertite lingue tamquam ignis, seditque³ super⁴ singulos eorum. Et repletus est Spiritu Sancto cum aliis et cepit loqui variis linguis prout Spiritus Sancti gratia administrabat. O quam admirabilis vir iste, qui eruditus est cum apostolis, electus de plebe, vocatus a Salvatore, Spiritus Paracliti corroboratus pia consolatione! Igitur longum est revolvere quam plures sevos iudeos⁵ et gentiles perfidos ad fidei catholice culturam iussus ibidem⁶ a beato Petro apostolorum principe predicare cum Stephano prothomartyre⁷ aliisque sociis converterit. Set et⁸ illud dignum est relatu quod in predicatione prothomartyri Stephano fidelissimus⁹, quousque a iudeis lapidatus fuit, extitit socius. Cuius postea collegit diligenter

VITA I
Matth.
10, 37, 38.

Eccli. 1, 1.

in ultima
cena lector,

Act. 1, 3.

Act. 1, 9.

Act. 2, 1-4.

F

Act.
6, 5, 7, 58.

² praecepta B 1. — ³ consequenter B 2. — ⁴ retinere B 2. — ⁵ corr., prius Nathanael B 1. — ⁶ israel ita B 2; israelita B 1. — ⁷ solus B 2. — ⁸ quis B 2. — ⁹ mens B 2. — ¹⁰ om. B 1. — ¹¹ corr., prius verbum B 1. — ¹² papula B 1, 2. — ¹³ nostrum B 2. — ¹⁴ tenentis B 2.
2. — ¹ B 3; passio S. Ursini martyris B 1. — ² et B 1. — ³ populis B 3. — ⁴ attentis B 4. — ⁵ atrocis B 4. — ⁶ gehenne igneque B 4. — ⁷ iunctus B 4. — ⁸ pred. domini B 3, 4. — ⁹ sequatur B 2. —

¹⁰ nostri add. B 3. — ¹¹ om. B 3. — ¹² eum B 4. — ¹³ corp. est operatus B 3, 4. — ¹⁴ calore fervescere B 3, 4. — ¹⁵ sacratissima B 3. — ¹⁶ struere B 1 ut videtur. — ¹⁷ autem B 3. — ¹⁸ omnium B 4. — ¹⁹ carere B 3. — ²⁰ conversans B 4. — ²¹ apostolis sanctis B 1. — ²² om. B 4.

3. — ¹ intuens B 4. — ² corr., prius domus B 2. — ³ sedit B 1. — ⁴ supra B 3, 4. — ⁵ iudeos saevos B 4. — ⁶ scs Ursinus in ras. B 3. — ⁷ (pr. cum S. pr.) om. B 4. — ⁸ om. B 3. — ⁹ om. B 3. fusi

- VITA I fusi cruoris ¹⁰ guttulas et secum pro illius ¹¹ commemoratione detulit, sanctumque corpus illius cum viris timoratis sepulture tradidit. O beatum virum gemine dilectionis ardore ferventem, qui iudeorum minis non exterritus non solum officiosissime curavit prothomartyris exequias adimplere, verum etiam collecti sanguinis reliquias cum magno tractavit honore. Scriptum enim noverat: honorandi sunt amici tui Deus. Postea vero reversus ad ¹² Petrum apostolorum principem omnia que sibi acciderant et quanto dolore afficeretur pro amisso socio per ordinem narravit. Ad quem Petrus ait: « Oportet nos, frater karissime ¹³, predicationi operam assidue ¹⁴ impendere: messis enim multa, operarii vero ¹⁵ pauci. Ergo mecum labora et sis adiutor et particeps in tribulationibus nostris, quoniam qui plus laborat plus mercedis accipiet. »
4. Postquam hec sibi mandata sunt, in omnibus et per omnia ¹ que gerebantur a beato Petro diligenter curabat quasi fidelis et prudens servus obedientiam ² prebere. Fuit enim cum eo in resuscitatione Tabite ³ et in paralitici Enee curatione. Preterea ⁴ quod fuerit ⁵ cum eodem quando venit Cesaream ad Cornelium centurionem virum religiosum perlongum est retexere, qui meruit moneri ⁶ ab angelo manifeste ut mitteret propter Petrum qui ostenderet quid eum oporteret agere ⁷. Quid plura? Cum predicto apostolo ⁸ venit usque Romam ubi et vidit quem quantumque conflictum ⁹ cum Simone ¹⁰ mago ¹¹ gesserit, et quo modo in adolescentis defuncti resuscitatione eum vicerit et volentem ¹² demonibus sustentatum ad terram prostraverit ¹³. Cumque ob huiusmodi factum crucifigeretur beatus Petrus ex precepto Neronis imperatoris, ante crucem beatus Ursinus una cum fidelibus christianis planctum et gemitum super ¹⁴ facientibus plorans et gemens affuit. Quos blande ac ¹⁵ benigne de cruce consolatus est dicens: « Nolite flere, sed gaudete mecum, quia vado parare vobis locum. Et sicut tradidit michi dominus meus ¹⁶ Iesus Christus potestatem ligandi et ¹⁷ solvendi, principemque me vobis constituit, sic et ego Clementem accepta ligandi solvendique ¹⁸ potestate principem vobis constituo, virum iustum, mansuetum, Deumque timentem et ¹⁹ homines diligentem. Huius ego sanctitati ecclesiam committo regendam, ut ad plagas ²⁰ terrarum quibus est adhuc nomen Iesu Christi incognitum, strenuos mittat et fideles predicatorum. Nam per os psalmiste Spiritus Sanctus de nobis predixit: « In omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. » Suscepta igitur beatus Clemens ecclesie cura ²¹, sollicitus eorum que sibi a Petro ²² fuerant commendata, ut fides catholica per orbis ²³ esset elimata predicatione fidelium propalata, predicatorum disertos et constantes in fide ex tota assumpsit ²⁴ ecclesia beatissimum Ursinum, Dionysium ²⁵ Atheniensem, ab apostolo Paulo conversum, Martialem, Saturninum, Trophimum, Paulum, Austremonium, ac Gatianum ²⁶ et eorum discipulos (1), quos sic allocutus est: « Oportet, inquit, fratres karissimi, doctrinam sancti evangelii nos predicare per universum mundum et annuntiare regnum Dei, ut idolorum cultura que per diabolum adinventata ²⁷ est, expellatur et fides christiana, que vera est, mentibus hominum inseratur, mundus ut omnis ²⁸ posita vana ²⁹ superstitione uni Deo serviat, a quo conditus est. » His ³⁰ et huiusmodi a beato Clemente instructi documentis, atque accepto ab eo pacis ³¹ osculo, ad invicem flentes ³² Roma ³³ egressi Christi milites invictissimi recto itinere Galliarum fines ingressi sunt. Tunc Dionysius ³⁴ martyr Parisius urbem, Saturninus Tolosam ³⁵, Martialis etiam ³⁶ Lemovicam, Trophimus vero ³⁷ Arelatum, Paulus Narbonam, necnon Austremonius Arvernensem ³⁸ expetit ³⁹ urbem (2).
5. Sanctissimus vero ¹ Ursinus cum suo tantum discipulo meritis et nomine Iusto ² Bituricensium ³ fines, ducente Spiritu ⁴ Sancto, ingressus est. Cum autem ipsius civitatis menia adire deliberrasset ut predicationis evangelice semina in ea spargeret, contigit discipulum suum febre valida infirmari. Qui etiam miliario ab urbe nono in orientali plaga super Utrionis ⁵ alveum (3) ultimum claudens ⁶ diem feliciter migravit ad Christum. Cuius corpus beatus Ursinus prout potuit ibidem multum tristis sepelire curavit. Porro ab incepto itinere non desistens, solus ad eandem urbem pervenit intrepidus calore fidei armatus, et Domini munitus auxilio dicens: « Nolite timere, ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. » Succedent ⁷ denique aliquot dierum curriculo, divina cepit proferre dogmata, disputans de fide catholica et adhortans recedere ab idolorum cultura, que sunt ab hominibus condita, oculos habentia sine visu, aures sine auditu, nares absque odoratu, manus sine palpatu, pedes sine gressu, sicut dicit psalmista: « Simulacra ⁸ gentium argentum et aurum opera manuum hominum ⁹. Os habent et non loquentur, »
- (1) Gregorio Turonensi, *Hist. Franc.*, I, xxx, improbe usus est. Ursinum enim hoc loco reticet Gregorius, et septem viros illos in Gallias non sub Clemente, sed Decio et Grato consulibus (251) missos esse assertit. — (2) Omittit ex oscitantia Gatianum episcopum Turonensem. — (3) Utrionis amnem, vulgo l'Auron, novit etiam scriptor *Vitae S. Austregiseli*, BHG. 839.

S. Stephani sanguinem colligit.

Psalm. 138, 17.

Matth. 9, 37.

1 Cor. 3, 8.

Cum

S. Petro

Matth.

24, 45.

Act.

9, 40, 34.

Act. 10.

Romam venit.

Ioh. 14, 2.

Matth.

16, 19.

C

¹⁰ sanguinis B 4. — ¹¹ illius /// B 1. — ¹² beatum add. B 3, 4. — ¹³ fratres carissimi B 3, 4. — ¹⁴ om. B 3. — ¹⁵ autem B 4. — ¹⁶ omni // a B 2. — ¹⁷ obedientiam B 1. — ¹⁸ thabite B 3. — ¹⁹ propterea B 1. — ²⁰ corr., prius fuerat B 2. — ²¹ admoneri B 3, 4. — ²² facere B 3. — ²³ om. B 1. — ²⁴ conflictum B 2. — ²⁵ Symone B 1, 3. — ²⁶ magno B 2. — ²⁷ a add. B 3, 4. — ²⁸ prostravit B 1, 2. — ²⁹ om. B 3, 4. — ³⁰ et B 4. — ³¹ (d. m.) deus B 1. — ³² atque B 3. — ³³ et (in ras.) solvendi B 1. — ³⁴ om. B 2. — ³⁵ placas B 4. — ³⁶ cura ecclesie B 4. — ³⁷ beato Petro apostolo B 3, 4. — ³⁸ omnia B 4. —

²⁴ sumpsit B 3. — ²⁵ Dionysium B 2. — ²⁶ uacatianum B 1, 2, 3. — ²⁷ aduenta B 2. — ²⁸ ut omnis mundus B 3; ut mundus omnis B 4. — ²⁹ una B 1, 2. — ³⁰ his B 3. — ³¹ om. B 3. — ³² flentes ad invicem B 3, 4. — ³³ Romam B 1, 2. — ³⁴ Dionysius B 2, 3, 4. — ³⁵ ptolosam B 3. — ³⁶ vero B 3, om. B 4. — ³⁷ om. B 3, 4. — ³⁸ Arvernem B 3. — ³⁹ expetit B 3, 4. — ⁴⁰ om. B 3. — ⁴¹ Iustino B 3. — ⁴² Bithuricensium B 3. — ⁴³ sancto spiritu B 2, 4. — ⁴⁴ Utrionis B 3. — ⁴⁵ cludens B 1. — ⁴⁶ succedente B 4. — ⁴⁷ simulachra B 3. — ⁴⁸ (simul. - hominum) om. B 4.

Psalm. 18, 5; Rom. 10, 18.

Act. 17, 34.

Sub Clemente

E

cum Iusto Biturigas mittitur;

Matth. 28, 20.

F

Psalm. 113, 6; 134, 17; 113, 4; 134, 15; 113, 5; 134, 16.

-tur,

- A tur, oculos habent et non videbunt ¹⁰.» Docebat itaque sanctissimus predicator credere in unum Deum creatorem omnium rerum, statuas et idola non deorum sed demonum aut igne cremare, aut in fluvios precipitare. Ad cuius inauditam predicationem pauperum et inopum utriusque sexus stupens ad eum ¹¹ convenire primum ¹² cepit non minima multitudo. Quos ad agnitionem veri Dei pervenire cupiens magis atque magis predicatione eos ¹³ reficere ¹⁴ non cessabat. Illud enim evangelicum tacita mente revolvebat ¹⁵: «Esurientes implevit bonis et divites dimisit inanes.» Deinde ¹⁶ etiam ipsi potentes fama predicationis illius a pauperibus cognita, ad hec eadem concurrerunt ¹⁷ audienda. Ad ultimum inspirante Spiritu Sancto, qui per os illius loquebatur, maioris dignitatis viri nobiles non solum convenerunt, verum etiam credere in unum Deum audita predicatione illius confessi ¹⁸ sunt. Baptizata est ergo ab illo pauperum et potentum utriusque sexus non minima multitudo. Tunc adversarius ille diabolus christiano ¹⁹ nomini semper inimicus, qui primum
- B hominem sua decepti fallacia, et a paradisi gloria sua expulsi invidia, cepit huic servo Dei multimoda preparare scandala. Suscitavit enim contra eum nefandissimos idolorum cultores, qui sibi vehementi obiurgatione studuerunt esse contrarii, dicentes: « Quid facimus, quia hic homo multos ad Deum ²⁰ suum convertit? si dimittimus eum sic, omnes sunt credituri sermonibus illius ²¹. Auferamus de medio nostri hominem deos nostros blasphemantem, leges et ceremonias patrum nostrorum subvertentem.» Nec mirum si discipulum persequi conabantur, qui dominum et magistrum Iesum Christum carnaliter inter homines conversantem incessanter odiis persecuti sunt. Ipse nanque discipulis suis sic dixit: « Nolite mirari si odit vos mundus. Scitote quia me priorem vobis odio ²² habuit.» Et iterum: « Si me persecuti sunt et vos persequentur.»
6. Igitur ex more pastorum super lupum oves dilaniantem canes incitantium, sic et Domini servum hominibus pia verba predicantem aggressi sunt cum canibus quasi populum devorantem.
- C Et cedentes eum fustibus expellebant a civitate dicentes: « Recede a nobis, scientiam viarum tuarum ¹ nolumus.» Qui cum expulsus et longe ² fuisset ab urbe profectus, in dubio positus quid ageret ignorabat anxius. Verum orationi diutissime incumbens, precabatur ³ Dominum dicens: « Domine Iesu Christe, qui nos elegisti de mundo et ad cognitionem tui sancti ⁴ nominis pervenire fecisti, quam ⁵ etiam per universum mundum annuntiare iussisti, dicens: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, tibi lacrimabiliter preces effundo,
- ut hic populus deceptus errore diabolico, idolorum superstitionem respuat ⁶, teque verum Deum cognoscat ⁷, qui es benedictus in secula.» Completa autem oratione, repente per Spiritum Sanctum ammonitus ⁸ est, nil timendum esse, nec civitatem derelinqueret ⁹ quam erat possessurus et cui a Domino antequam mitteretur archiepiscopus fuerat destinatus. Itaque securus ¹⁰ utpote Spiritus Paracliti consolatione relevatus, redire festinavit ad urbem. In qua predicationis sue semina constanti voce orsus est populo aperire, adeo ut audito circumquaque Christi nomine atque manifestata omnipotentie eius fama, innumera ¹¹ frequentis populi caterva ad eius sacra documenta certatim concurreret ¹² percipienda. Et quemadmodum cervus sitibundus refici desiderat ab aquarum fontibus, sic et superne predicationis pocula haurire bibulis studebant mentibus. Igitur una Deo ¹³ annuente et sermonem ¹⁴ confirmante, plebeum ¹⁵ et proceres maxima pars Bituricensium, superstitione deposita idolorum, conversi sunt ad Dominum, loti baptismi sacramento et insigniti sancte crucis signaculo. O admiranda pietas Salvatoris, qui fuis precibus per fidelem discipulum sic mollivit corda ¹⁶ gentilium, ut sponte convolarent ad percipiendam salutem animarum.
7. Erat in illo tempore quidam senator romanus nobilis genere, Leochadius ¹ nomine, qui licet sub ² gentilitatis degeret ritu, religiosus tamen erat in actibus (1). Audierat siquidem de domino Salvatore, ac de sancte fidei aliquid salute ³, sed nondum meruerat ad agnitionem fidelitatis pervenire. Hic autem sub potestate romani imperatoris constitutus, in Burgundia atque ⁴ Aquitania ⁵ potentissime principabatur; et quia ⁶ romanis erat subiectus, ideo regem se appellare non erat ausus. Huius erat Lugduni ⁷ propria primaque aule regalis sedes, secunda vero Bituris. Propter oportunitatem vero aque pabulorumve iumentorum, ad portam meridianam urbis predictae, idem senator stabulum fabricare iusserat equorum, ubi postea operante divina gratia, in honorem Ypoliti ⁸ martiris ecclesia est consecrata. Supradicti ergo stabuli locum beatus Ursinus ^F a prefati principis ministris impetravit. Et eiecit inde omni spurcicia sanguinem prothomartiris Stephani quem secum detulerat inibi collocavit, imposita custodia venerationisque honorem persolvens quantum poterat. Illic missarum sacra ⁹ solennia ¹⁰ ab eodem celebrabantur, vigilie ac pure orationes indesinenter Deo persolvebantur, corporaque ¹¹ credentium sacri baptismatis unda perfundebantur. Tanta denique fidei catholice fama excrevit, ut pene cuncti Bituricensium incole ad audiendum sue salvationis ¹² verbum

VITA I

Rom. 1, 25:

mox lamen redit,

Psalm. 41, 2.

Marc. 16, 20.

et plurimos convertit.

In Leocadii stabulo

ecclesiam constituit.

¹⁰ etc add. B 4; et reliqua add. B 3. — ¹¹ adeo B 3. — ¹² om. B 4. — ¹³ om. B 3, 4. — ¹⁴ conficere B 2. — ¹⁵ (illud - revolvebat) om. B 4. — ¹⁶ demum B 4. — ¹⁷ concurrerunt B 4. — ¹⁸ professi B 3, 4. — ¹⁹ christiana B 2. — ²⁰ dominum B 4. — ²¹ om. B 1. — ²² hodie B 3.

6. — ¹ prius bis scriptum B 3. — ² a longe B 4. — ³ prebatur B 2. — ⁴ om. B 4; nominis tui sancti B 3. — ⁵ quem B 3, 4. — ⁶ expuat B 3. — ⁷ agnoscat B 4. — ⁸ admonitus B 3. — ⁹ de-

relinquere B 3, 4. — ¹⁰ servus B 4. — ¹¹ corr. B 2. — ¹² corr., prius concurreret B 3. — ¹³ domino B 4. — ¹⁴ sermone B 1; annuente et sermone B 2 in ras. — ¹⁵ plebs B 3, 4. — ¹⁶ corr. B 2.

7. — ¹ Leocadius B 3. — ² sup. lin. B 3. — ³ salute aliquid B 4. — ⁴ et B 4. — ⁵ Aquitannia B 3. — ⁶ om. B 3. — ⁷ Lugdunum B 1; Lugdū B 2. — ⁸ Hippolyti B 4. — ⁹ om. B 3. — ¹⁰ solennia B 3. — ¹¹ corporeque B 4. — ¹² salutis B 3.

(1) Cf. Hist. Franc., I, xxxi, supra p. 107.

illuc

VITA I

illuc concurrerent. Miracula non parva in eodem loco per fidem famulum suum Dominus operabatur. Nam cecis visum et¹³ claudis gressum et infirmantibus sanitatem restituebat optatam. Sed cum iam¹⁴ innumera fidelium multitudo¹⁵ ad eum conveniret¹⁶, maioris loci studio motus tacita mente secum revolvebat sicubi amplioris dignitatis locus honorabilior inveniri potuisset ubi prothomartiris Stephani reliquie poneretur, atque perpetuo a fidelibus christianis condigno¹⁷ honore venerarentur¹⁸.

*Munera
offert
Leocadio,*

8. Convenientibus autem viris ad eum etate et consilio pollentibus cogitationem sui pectoris aperait. Illi vero calore fidei ferventes nimio ostenderunt ei premissi principis aulam hoc honore¹ congruam. Quibus ipse respondit dicens: « Quomodo tantum munus a tanto viro impetrare valebimus? » Cui dantes consilium huiusmodi, respondentes taliter dixerunt: « Si tu parva² munuscula sibi³ obtuleris, forte absque dilatione captare valebis. » Ipse quibus⁴ contra velut paupertatis amator nichil se habere respondit. Docuerat enim pius⁵ magister qui hunc cum sociis septuaginta duobus dum⁶ ante faciem suam in

Luc. 10, 1;
9, 3.

omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus mitteret, sic⁷ precepit: « Nichil tuleritis in via, neque peram, neque panem⁸, neque in zona es, neque duas tunicas habeatis. » Hoc preceptum vir sanctus audiens non absurde⁹ nichil habere¹⁰ voluit. Tunc illi persuasis plebibus trecentos aureos cum magno vase argenteo, quod vulgo affertam vocant, congregantes, Lugdunum, ubi tunc temporis sepe dictus morabatur princeps¹¹, sanctum virum hortati sunt ire. Unde favens illis¹² iter accelerando peregit. Quo cum venisset¹³, iam dicti principis obtulibus se manifestavit; oblatoque vase cum premissis aureis, eosdem eiusdem celsitudini presentavit. At mitissimus¹⁴ princeps clementer eum interrogavit¹⁵ dicens: « Quis, inquit, es, aut unde venisti? aut quo appellaris nomine? » Respondit se omnipotentis domini nostri Iesu Christi discipulum esse et Ursinum appellari vocabulo, et a beato Clemente¹⁶ Petri apostoli successore, ab urbe Roma cum sociis quibusdam ad Gallias directum fuisse ad predicandum nomen domini nostri Iesu Christi professus est¹⁷, se vero solum Bituricensem venisse ad urbem, Domino annuente, ubi non parvam multitudinem adquisierat, asseruit¹⁸. Et ille:

C

« Quid, inquit, a nobis placet impetrare? » Cui beatus Ursinus respondens dixit: « Si quod expeto²⁰ tibi facere placuerit, aulam quam in Bi-

uricensi possides urbe altissimo omnipotenti Deo et eius prothomartiri Stephano tribues, ubi eius reliquias digne reponere possim. » Nutu autem Domini pia voluntas principis preces suscipiens beati Ursini, ita clementer respondit: « Utinam Deo celesti placuisset ut domus mea domus orationis fieret. » Mox beatus confessor Domini Ursinus pauca celestis vite illi verba²¹ aperiens²², quod catholice religionis fidem susciperet, atque sacro in fonte²³ in Christi nomine baptizatus existeret, exhortatus²⁴ est. Prefatus princeps respondens: « Taliter, inquit²⁵, si vite fuerit michi auctum spatium²⁷ quippe²⁸ Deo servire studebo. » Quem sanctus Ursinus blandis precibus precari orsus²⁹ est ilico, ut accepto sue oblationis³⁰ precio, predictam domum concederet altissimo, in qua sanguis supradicti poni posset martiris. Ad quem continuo responsio³¹ personat ista³²: « Nisi, inquit, tui contemptorem me diceres muneris³³, ex tuo nichil sumerem, sed³⁴ meo potius concederem. » Extenta ergo manu, ex vase supra dicto tres accepit³⁵ aureos, et hec dixit Dei famulo: « Revertere, celestis Dei³⁶ E cultor, revertere cum muneribus tuis subito et domum quam petisti a nobis suscipe, atque in honorem Dei tui et eius prothomartiris Stephani dedicare studeto, sicut visum fuerit. Ego autem transacto³⁷ parvi temporis spacio, illuc³⁸ redibo et de meis rebus quecumque placuerint³⁹ tibi libenter accommodabo, et in Deum tuum, quoniam verus et solus est, quemadmodum oporteat⁴⁰ me credere docebis, et audire a te fidei christiane⁴¹ regulam operam dabo. » Susceptis itaque litteris gloriosi principis sigillo munitis, Bituricensem reversus est ad urbem. Perlati⁴² autem⁴³ litterarum certissimis⁴⁴ indiciis, ab ipsis⁴⁵ aule conservatoribus⁴⁶ ut decebat sine cunctationis⁴⁷ dilatione susceptus est. Quod⁴⁸ ubi a christianis hoc modo esse⁴⁹ compertum est gaudio magno repleti ad eum iam⁵⁰ sine gentilium terrore convenire ceperunt. Occultabantur enim metuentes idolorum cultores, antequam servus Dei⁵¹ venerabilis Ursinus⁵² principem Leocadium⁵³ adiret⁵⁴. At ipse velut pater pius in filios sic exultabat in fideles populos, quos ecclesie⁵⁵ cottidie fontis baptismate regenerando parturiebat. Quod enim a pio didicerat magistro: nisi quis renatus fuerit⁵⁶ ex aqua et Spiritu Sancto non intrabit in regnum celorum, hoc semper et ubique tam ipso⁵⁷ actu⁵⁸ exercere quam etiam verbis⁵⁹ explicare laborabat⁶⁰. Prefate denique aule suscepta pervasione, diligenter pur-

qui ea
recusat;

aulam
ab eo
concessam

Ioh. 3, 5.

¹³ om. B 4. — ¹⁴ sup. lin. B 3. — ¹⁵ multitudo fidelium B 3, 4. — ¹⁶ convenirent B 2. — ¹⁷ cum digno B 3, 4. — ¹⁸ hic inserit B 3: in illo tempore dixit Iesus discipulis suis... in manibus vestris et reliqua.

8. — ¹ huic honori fore B 3, 4. — ² parvula B 3. — ³ illi B 4. — ⁴ quibus ipse B 4. — ⁵ piissimus B 3, 4. — ⁶ supra lin. B 1. — ⁷ que add. supra lin. B 3. — ⁸ (n. p.) om. B 3, 4. — ⁹ non absurde vir sanctus audiens B 3, 4. — ¹⁰ corr. B 2. — ¹¹ princens B 2. — ¹² illius B 1, 2; ille B 3. — ¹³ pervenisset B 3, 4. — ¹⁴ mitissimus autem B 3 in marg. — ¹⁵ corr. B 3, prius interrogavit. — ¹⁶ beati add. B 3. — ¹⁷ (prof. est) om. B 3, 4. — ¹⁸ om. B 4. — ¹⁹ inquit B 3, 4. — ²⁰ expe//to B 3. — ²¹ verba illi B 4. — ²² apperrens B 3. — ²³ in fonte sacro B 3, 4. — ²⁴ exorsus B 3, 4. — ²⁵ dixit B 3. —

²⁶ spatium add. B 3, 4. — ²⁷ summa B 1; summe 2 B; summo B 3. — ²⁸ om. B 3, 4. — ²⁹ precatus B 3. — ³⁰ o. s. B 3. — ³¹ responso B 3. — ³² isto B 1, 2, 3, 4. — ³³ muneris // // B 3. — ³⁴ ex add. B 3, 4. — ³⁵ corr., prius accipit B 2. — ³⁶ domini B 4. — ³⁷ om. B 3, 4. — ³⁸ illic B 3, 4, et ante corr. B 2. — ³⁹ placuerit B 4. — ⁴⁰ oportet B 3. — ⁴¹ Christine B 2. — ⁴² prolatis B 3, 4. — ⁴³ igitur B 3. — ⁴⁴ certis B 3. — ⁴⁵ ipsis B 4. — ⁴⁶ conuersatoribus B 1, 2; conuersationibus honorifice B 4. — ⁴⁷ cunctationibus B 2. — ⁴⁸ quo B 1. — ⁴⁹ actum add. B 3, 4. — ⁵⁰ om. B 4. — ⁵¹ (s. d.) sanctus B 4. — ⁵² Ursinus venerabilis B 3, 4. — ⁵³ Leocadium B 3. — ⁵⁴ audiret B 2. — ⁵⁵ sic add. B 4. — ⁵⁶ om. B 1, 2. — ⁵⁷ ipse B 2, 4. — ⁵⁸ in ras. B 1. — ⁵⁹ verbis etiam B 4. — ⁶⁰ laborat B 3.

-gare

A gare et omni spurcitia mundare studiosè satagebat. Ipsi autem rectores in quorum potestate ante posita procurabatur ⁶¹ gentilitatis superstitione per beatissimi Ursini suaviloquam predicationem omnino deposita ⁶² ad catholice fidei culturam pervenire meruerunt. Quorum ope largiflua et opera continua ⁶³ in pauci temporis curriculo, aliis auxilii copiam prout facultas erat ministrantibus christianis, dudum regalis aula celestis est Dei ecclesia consummata. Que etiam ⁶⁴ ipso die kalendarum octobrium in honore summe et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti et ⁶⁵ commemoratione prothomartiris Stephani cum christianorum non parva multitudine solemniter ⁶⁶ dedicata est, in qua prefati martiris sanguinis reliquias transtulit, et honorifice, sicut oportebat, in preciosissimo loculo condidit. Predictam vero ecclesiam quam ex stabulo oratorium ⁶⁷ prius construxerat, ad baptisterii usum destinavit. His ita ⁶⁸ rite peractis, beatissimus Ursinus, archiepiscopus sui dignitate a Domino sibi concessa, tandem remota paganorum molestia, quorum multimoda fuerat vexatus iniuria, cepit uti cum fidei ecclesia ⁶⁹.

B **Doctrinam christianam**
9. Interea prefatus princeps non immemor promissionis qua beatum virum obnixè devinxerat, Bituricas reverti secundum statutum terminum festinavit. Qui civitatis menia ingrediens, illico quid ageret vel ubi Dei summi servus Ursinus esset a fidelibus suis civibus percunctatus est. Illi autem bene interroganti veridica voce respondentes, orationibus, ieiuniis, elemosinis vacare, ipsius denique aulam dedicasse Deo ecclesiam dixerunt. Hec eo loquente, beatus Ursinus fronte serenus, clarus aspectu, letus principis adventu, repente advenit. Quo viso, precipitem sese dedit et sanctum deinde virum per manus accipiens in hospicium ducere cepit. Habita vero super omnibus gestis eius interrogatione diuturna et rei serie cognita, ad ultimum quomodo oporteret eum catholice fidei adipisci documenta diligenter sciscitatus est. Cui affabilis pastor et dulcis predicator tale responsionis oraculum reddidit: « Crastina, inquit, die sancte ecclesie limina revises, ibique divinis sacramentis plenissime instruieris. » Sequenti igitur die illucescente, princeps magnificus cum sua familia ad ecclesiam festinanter ivit, ibique discipulum Domini beatum Ursinum cum fidelium multitudine christianorum orationibus vacantem repperit. Qui continuo surgens ab oratione, hoc modo sermonem exorsus est: « Audi, princeps, et audiant omnes et credant quoniam Deus unus

C *eidem exponit;*
Gen: 1-3. est. Hic in principio creavit celum et terram, mare et omnia que in eis continentur; fecit autem hominem ad imaginem et similitudinem suam, masculum et feminam creavit illos. Et posuit eos in paradiso quem plantaverat a principio, ut habitarent et custodirent illum. Diabolus vero pro collata homini gloria tabescere cepit invidia et intrans serpentem venit ad Evam primi hominis sociam, cui et dixit: « Quare non comedis

de fructu scientie boni et mali qui cunctis est speciosior, et ad vescendum suavior? » At illa respondens dixit: « Ex omni genere pomorum que in paradiso sunt vesci nobis est licitum, tantum de hoc nefas est pregustare, quoniam interminatus est nos Dominus ne ex illo aliquid sumamus. » Quid plura? Serpentis verbis mulier decepta dolosis, de pomo vetito manducavit et virum suum ut manducaret coegit. Hac itaque transgressione paradiso expulsi, in huius superficiem terre sunt exulati, ubi cum dolore et labore nimio operari ceperunt, et inde sibi victum et vestitum adquisierunt. Sicque qui immortales ante fuerant, mortales per peccatum sunt effecti. Habuit autem Adam ex uxore sua Eva duos filios, quorum unus in alterum invidie face succensus, quod illius opera placuissent, sua vero displicuissent, instigante eodem diabolo fratrem occidens, homicidii reus extitit. Multiplicatis denique hominibus super terram et complexione ¹ maris et femine propagatis, prevaluit ita super eos antiquus inimicus, ut omnino Deum suum obliviscerentur et conditorem suum ignorantes simulacra adorare ceperunt, in quibus demon latens et responsa dans adorabatur. Penituit ergo Deum se fecisse hominem et dolore cordis tactus intrinsecus, non solum hominem sed et omnia animantia in quibus vita ² erat per diluvium delevit, preter Noe et uxorem eius et filios et uxores filiorum eiusdem, qui salvati sunt in archa. In qua et de animantibus bina masculus et femina reservata sunt, ne omnino periret genus eorum. Post diluvium autem de semine Noe reparato humano genere, dominari iterum cepit eorum et deteriores ³ quam ante facti sunt. Volverunt enim edificare turrim, cuius cacumen celos tangeret, ne ultra opprimerentur aquis diluvii, ad quorum superbiam destruendam sic mutata sunt lingue eorum in ⁴ alienam linguam, ut inferiores penitus nescirent quid superiores dicerent. Quapropter confusi recesserunt, nec posteri eorum deinceps aliquid tale temptare ⁵ ausi sunt. Postea elegit sibi dominus Deus virum fidelem nomine Abraham, cuius progeniem adeo dilexit, quod innumerabilem ex ea prolem produxit, et ex illis patriarchas et prophetas constituit, per quos Spiritus Sanctus que ventura erant loquebatur. Novissimis vero temporibus Deus Pater humanum genus propter primi hominis peccatum perire condolens, providit sibi virginem nomine Mariam, natam ex semine Abrahe, claram ex stirpe David, de qua per cooperationem Sancti Spiritus sine virili semine natus est dominus noster Iesus Christus Dei filius, ut a potestate diaboli liberaret sua clementia quos primum fraude deceperat subdola. Qui cum triginta ⁶ esset annorum, a Iohanne baptizari voluit in flumine Iordanis. Ubi ad demonstrandum eum verum Dei filium fore, celi aperti fuerunt ⁷ super ipsum, et vox Dei Patris a circumstantibus audita est: « Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui ⁸, ipsum audite. » Haut secus in eo-

VITA I

Gen. 4,
1-8.

Gen. 6-7.

Gen. 11,
1-9.Gen. 12,
1-3.

Luc. 1-2.

Luc. 3,
21-22.Math.
3, 17;
Luc. 3, 22.

⁶¹ proc. posita B 4. — ⁶² (o. d.) om. B 4. — ⁶³ continuo B 3, 4. — ⁶⁴ in B 4. — ⁶⁵ om. B 4; et in B 3. — ⁶⁶ solempniter B 3. — ⁶⁷ om. B 4. — ⁶⁸ huius itaque B 3. — ⁶⁹ hic des. B 3, 4.

Novembris Tomus IV.

9. — ¹ complexionem B 1, 2. — ² vitæ B 1. — ³ deteteriores B 2. — ⁴ supplevi, om. B 1, 2. — ⁵ temperare B 2. — ⁶ xxia B 1, 2. — ⁷ in ras. st (sunt) B 1. — ⁸ complacuit B 1, 2.

VITA I dem loco Spiritus Sanctus corporali specie sicut columba descendisse⁹ visus est. Hoc nimirum baptismo significans homines mundari¹⁰ ab omni vitiorum contagio. Docebat illos et celos aperiri si recte et fideliter crederent in sanctam Trinitatem Patris et Filii et Spiritus Sancti, que ibidem evidentissime demonstrata est. Nichil enim proderit aqua baptismi, nisi credenti quoniam Christus filius est Dei, per humanitatem eis sumptam manifestatus hominibus, qui per divinitatem notus angelis etiam ante incarnationem fuit. Hic autem Deus de Deo Patre natus ante secula, homo fieri in fine temporum dignatus est, sicut prefatus sum, ex virgine Maria, non dimittens deitatis sue iura, ut hominibus sic celestia traderet archana, quibus relevari possent ad illa paradisi gaudia, unde ruerunt olim, dominante gula, transgredientes Domini precepta. » His et aliis quam plurimis gloriosus princeps a beato Ursino instructus documentis, certissime in Deum credidit seque in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti baptizari poposcit. Baptizatus est ergo sine mora Leochadius in eadem ecclesia cum Lusore filio suo etate puerili splendido¹¹ qui postea virtutibus effulsit splendidior¹². Germanus siquidem illius, cui nomen erat Caremuselus, gentilitatis errore involutus, ad tanti splendoris non meruit pervenire decus.

eumque cum filio

Matth. 28, 19.

baptizat;

varias Leocadii aulas

Psal. 21, 31.

C

dem loco Spiritus Sanctus corporali specie sicut columba descendisse⁹ visus est. Hoc nimirum baptismo significans homines mundari¹⁰ ab omni vitiorum contagio. Docebat illos et celos aperiri si recte et fideliter crederent in sanctam Trinitatem Patris et Filii et Spiritus Sancti, que ibidem evidentissime demonstrata est. Nichil enim proderit aqua baptismi, nisi credenti quoniam Christus filius est Dei, per humanitatem eis sumptam manifestatus hominibus, qui per divinitatem notus angelis etiam ante incarnationem fuit. Hic autem Deus de Deo Patre natus ante secula, homo fieri in fine temporum dignatus est, sicut prefatus sum, ex virgine Maria, non dimittens deitatis sue iura, ut hominibus sic celestia traderet archana, quibus relevari possent ad illa paradisi gaudia, unde ruerunt olim, dominante gula, transgredientes Domini precepta. » His et aliis quam plurimis gloriosus princeps a beato Ursino instructus documentis, certissime in Deum credidit seque in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti baptizari poposcit. Baptizatus est ergo sine mora Leochadius in eadem ecclesia cum Lusore filio suo etate puerili splendido¹¹ qui postea virtutibus effulsit splendidior¹². Germanus siquidem illius, cui nomen erat Caremuselus, gentilitatis errore involutus, ad tanti splendoris non meruit pervenire decus.

10. Postquam autem religiosus princeps secularis militie omnino curam deposuit, tanto fidei calore exarsit ut pene omnes antiquissimos Bituricensis <pagi vicos ubi proprias possidebat aulas, cum rebus¹³> ibidem deservientibus ac famulis, Deo ac sancto prothomartiri Christi Stephano delegasset; manibusque premissi pontificis cum testamento privilegii necnon et hominibus sancte ecclesie famulantibus perpetuo tradidisset habendos. Compleri enim illud propheticum voluit, ubi¹⁴ ait: « Anima mea Deo vivet et semen meum ipsi serviet. » Semen quippe bone operationis Domino servitutum in terra relinquere voluit quando ei talia munera in perpetuum habenda obtulit. Prefati namque principis aulas isdem pontifex in honore prothomartyris Stephani ecclesias postmodum dedicavit, consecratas sancti

cruoris reliquit. Ordinavit autem isdem sanctissimus Dei pontifex in ipsis ecclesiis sacerdotes et levitas et cuiusque ordinis viros, docens eos esse sobrios, pudicos, stabiles in fide, veraces in sermone, diabolo resistere fortiter et celestibus operibus constanter adherere. O virum apostolicum et fidelem domini sui servum qui talentum sibi traditum ita sedulus negotiator predicando per populum domino suo reddidit duplicatum, ut ab illo meruisset audire illud evangelicum: Euge bone serve et fidelis, quia super³ pauca fidelis fuisti, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Sed cum iam Dominus tanto operi finem imponere decrevisset famulumque suum pro tanto labore voluisset remunerari, primum diem exitus sui de corpore eius quodam febris dolore designavit. At ipse dissolutionem sui imminere prenoscens, fideles discipulos advocat, seque resolvendum esse in proximo eis denuntiat. Qua de causa illos flentes ita consolatus est dicens: « Oportet vos, fratres, potius gaudere quam flere, quoniam non vos deseram sine pastore. Noveritis enim Senitianum virum religiosum, bonis moribus ornatum, prudentem, docibilem in meo constitutum loco. Quem tanta concedet pollere sapientia quod non solum creditum sibi populum sufficienter doceat, verum etiam et cunctarum⁴ contradictiones⁵ heresum possit catholica repellere ecclesia ne sua imperitia imperitos minime decipiat⁶ et huiusmodi casu preventus eveniat⁷ illi quod scriptum est: Si cecus ceco ducatur prebeat ambo in foveam cadunt. Hunc sancte ecclesie preesse cupio, filios habentem subditos cum omni castitate. » Et constituto, immo consecrato Senitiano viro religiosissimo in cathedra Bituricensis ecclesie, beatissimus Ursinus viginti septem annis predicationis sue completis, die quarto kalendarum januarii, vinculis carnis absolutus, angelorum psallentibus choris translatus est ad gaudia paradisi, que diligentibus se repromisit Iesus Christus dominus noster, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus per infinita secula seculorum. Amen.

in ecclesias convertit.

Tit. 2, 2.

Matth. 25, 21, 23.

E

Senicianum

Matth. 15, 14; 1 Tim. 3, 4. *successorem designat.*

F

⁹ discendisse B 1, 2. — ¹⁰ corr., prius mundare B 1. — ¹¹ corr. B 2.

10. — ¹ suppleri ex BHL. 8412. — ² /// ibi B 2.

— ³ corr., prius supra B 2. — ⁴ cuncta B 2. — ⁵ contradictiones B 2. — ⁶ decipiat B 2. — ⁷ emat B 1, 2.

III. VITA S. URSINI ALTERA

E codice Ultraiectino Sancti Salvatoris, ad normam apographi Bruzellensis. Cf. Comm. prae. num. 7.

Vita Nathanaelis episcopi fratris Philippi apostoli qui dicitur Ursicinus.

Ioh. 1, 44, 47. Nathanael sanctus, frater Philippi apostoli a Bethsaida civitate Andreae et Petri ortus est. Hic est de quo Christus ait: « Ecce verus Is-

raelita in quo dolus non est. » Nathanaelem istum fuisse unum de numero LXXII discipulorum Christi quibusdam visum est. Et si obiicitur quod Augustinus super Ioannem scribit: Propterea noluit cum Dominus inter discipulos ponere quia idiotas delegit ut confunderet mundum (1), ad hoc potest dici quod Augustinus ibi

(1) Tract. VII, 17, P.L., t. XXXV, p. 1445-46.

discipulos

A discipulos nominat apostolos XII, de quibus praemisit ibidem quod in apostolis nec primus nec medius nec ultimus fuit. Hic Nathanael erat unus de septem discipulis quibus apparuit Christus resurgens ad mare Tiberiadis. Hic Nathanael postea vocatus est Ursicinus et missus a beato apostolo Petro de Roma apud Bituricas. Eidem urbi primus fuit episcopus, ubi post bonorum multorum operum insignia quievit in Christo.

Cuius corpus longo tempore post, scilicet circa annum Domini quingentesimum sexagesimum octavum extra Bituricas in vineis divina revelatione repertum est, et sepultum per manus sancti Germani Parisiensis episcopi in ecclesia Sancti Symphoriani martyris quae nunc beati Ursicini nomine obumbrata sancti martyris vocabulum amisit (1).

VITA II

(1) Sequitur Catena Patrum de Nathanaele.

DE SANCTO TIMOTHEO

EPISCOPO ANTINOI IN AEGYPTO

SAEC. IV

COMMENTARIUS PRAEVIUS

P. P.

Synaxarium Alexandrinum de S. Timotheo

1. Extra synaxarium arabicum ecclesiae copticae, quod hic, ut alias solent, sequuntur Habessini, vix ulla usquam servata est memoria sancti cuiusdam confessoris, nomine Timothei, qui Diocletiani et Constantini Magni aetate episcopus fuerit civilitatis Antinoi in Aegypto superiore. Immo etiam in prima forma synaxarii Alexandrini, quam dimidiato circiter saeculo XIII (1) consarcinavit Michael Alhrbis et Maligia episcopus, non videtur existisse S. Timothei elogium. Abest enim a codice bibliothecae Nationalis Parisiensis 4860 (2) qui ex antiquioribus est, et fortasse omnium qui in Europa innotuerunt vetustissimus, si reapse ad extremum saeculum XIV pertingit, ut indubitanter asserit Renatus Basset (3). Aut igitur a Johanne Parali episcopo aut ab aliquo eorum qui recentiore aetate opus Michaelis retractarunt Timothei mentio addita fuerit oportet. Unde autem synaxarista hinc posterior eam hauserit, coniectando assequi non possumus.

historiam refert inanem

2. Et re quidem vera sancti historia, qualis nobis exhibetur, rebus adeo vacua est ut ipsa sua inanitate investigationem effugiat. Sic ea paucis comprehendi potest. Timotheus, ignotis parentibus, incerto tempore et loco natus, a prima aetate monasticam vitam complexus est: in quo coenobio et quo magistro, importunus sit qui resciscere voluerit. Neque certius constat quando et cuius voluntate Antinoi episcopus factus sit. Saeviente in christianos Diocletiano imperatore, in carcerem coniectus est cum aliis plurimis fidelibus quorum pars maxima in tormentis interiit. Tribus post annis, cum Constantinus magnus pacem ecclesiae restituisset, Timotheus cum paucis confessoribus

qui superstites erant e custodia emissus est, et ad ecclesiam suam redux sollemnem supplicationem instituit pro iniquo iudice a quo tanta malefacta perpessus fuerat. Quod cum ad aures praefecti pervenisset, is rei admiratione permotus, in episcopi disciplinam se tradidit, suscepioque baptismo, munere suo se abdicavit atque monachus factus est. Sanctus autem Timotheus in regendo grege suo perrexit et in pace aetatem absoluit. Haec synaxarista.

3. Iamvero nugatorum foret naevos erroresque huius modi historiae singillatim exquirere, quam patet aevo sequiore, ab indocto homine nobis narratam esse, qui ne suspicabatur quidem post Christum natum tempus unquam fuisse cum in Aegypto monachi non existerent. In primis suspecta est eius similitudo cum narratiunculis quibusdam aperte fabulosis. Nempe in libris hagiographicis coptorum alii celebrantur confessores, seu martyres citra sanguinis effusionem, qui in Aegypto et quidem in eadem illa civitate Antinoi, post pulsum regno Diocletianum et carceribus emissi fuerint. Exemplo sit S. Poemen (Bamūn) e Miniat Chaṣib, in finibus Hermopoleos Magnae (Ašmunān), qui fertur Antinoi plurima tormenta perpessus esse, donec, eversa idolatria, a Constantino imperatore liberatus est (4); itidemque S. Nub vel Anub confessor (5), qui in illius Passione vel potius synaxario memoratur, et proprium elogium habet ad diem 23 mensis pagni. Dicitur is quidem cum aliis septuaginta uno e custodia emissis ab ipso Constantino imperatore honoris causa arcessitum fuisse (6). Horum simillima imago est S. Nabraha, cuius Acta coptice exstant.

et ad per-
vagatum
exemplum

F

(1) Vid. Fr. GÖLN, *Der Nomokanon Mihd'ils von Malig*, in *Oriens Christianus*, t. VI (1906), p. 75-78. — (2) R. BASSET, *Le Synaxaire arabe jacobite (rédaetion copte)*, in *Patrologia Orientalis*, t. III [s. a.], p. 286; J. FORGET, *Synaxarium Alexandrinum*, in *Corpus Scriptorum christianorum Orientalium*, Ser. arab., Textus, ser. 3, t. XIX (1912), pp. 312, 315. — (3) BASSET, op. c., *Patrologia Orientalis*, t. I, p. 220. — (4) Synaxarium copticum ad d. 9 choiac; BASSET, *Patrologia Orientalis*, t. III, p. 412-15;

FORGET, op. c., t. XVIII, p. 144-46; cf. synaxarium aethiopicum ad d. 9 tāhsās; ZOTENBERG, *Catalogue des manuscrits éthiopiens de la Bibliothèque Nationale*, p. 166. — (5) Isne cuius ecclesiam prope Hermopolim (Ašmunān) memorat abū Ṣāliḥ, an quis alius, incertum. Cf. B. A. EVETTS, *The Churches and Monasteries of Egypt and some neighbouring countries attributed to Abū Ṣāliḥ the Armenian*, in *Anecdota Oxoniensia, Semitic series*, t. VII (1895), fol. 38a. — (6) Synaxarium Alexandrinum, FORGET, op. c., t. XIX, Qui